This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A A 126.

~~USR 22 b 10~~

168 A.18

TAYLOR INSTITUTION.

BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY

BY

ROBERT FINCH, M. A.

OF BALLIOL COLLEGE.

വ്യാകരണം

VYÀCARANA

SEU

LOCUPLETISSIMA SAMSCRDAMICAE LINGUAE INSTITUTIO

In usum Fidei Praeconum in India Orientali, et Virorum Litteratorum in Europa adornata

A

P. PAULINO A S. BARTHOLOMAEO

CARMELITA DISCALCEATO

Collegii Urbani S. Congr. de Prop. Fide Studiorum Praefecto, S. Congr. Indicis Consultore, Mission. OO. Syndico, Academiarum Veliternae, R. Neapolitanae, Caesareo-Regiae Patavinae Socio, et Galliae Scientiarum Instituto correspondente.

ROMAE MDCCCIV.

TYPIS S. CONGREG. DE PROPAG. FIDE

PRAESIDUM FACULTATE.

LIBRARY OF THE TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
- 1 OCT. 1940
OF OXFORD

)(V)(

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO DOMINO

STEPHANO BORGIAE

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE PRAEFECTO.

F. PAULINUS A S. BARTHOLOMAEO, CARMELITA DISCALCEATUS,

FELICITATEM.

QUOD jam fere a duobus seculis (*a*) ardentibus Fidei praeconum votis postulatum fuit; scilicet, ut in eorum commodum aliqua Selecta Indica

(*a*) Jam anno 1650. R. P. Emanuel *le Martins*, regni *Matura* Missionarius datis Romam literis impense rogavit, ut quidam selecti Indici codices typis excuderentur. V. opusc. inscriptum: *Relazione della Cristianità di Madure, scritta dal P. Giacinto de Magistris*, Roma 1661. Hoc ipsum post illius obitum urgebant alii diversorum ordinum Missionarii.

Grammatica typis excusa in lucem ederetur, hoc tandem Tua cura, Tua auctoritate accidit EMINENTISSIME AC REVERENDISSIME PRINCEPS. Celebrarunt alii etiam post nostra anni MDCCXCVIII. acerba fata inclitae Tuae gentis nobilitatem, alii Tuae doctrinae et eruditionis copiam, iterum alii singulare Tuum in promovendis politioribus literis studium (*b*). Liceat mihi his enarrandis super-

(*b*) *Catalogus librorum recentiorum, qui in fronte elogia Eminentissimi Card.* Stephani Borgia *praeseferunt, et Eidem dedicati fuerunt.*

Elogio del Rmo P. M. Agostino Antonio Giorgi, scritto dall' Ab. Francesco Fontani. Firenze 1798. in 4.

Diss. su d'un antico Vaso Battesimale di Adria di Francesco Girolamo Bocchi, nobile Adriese. Adria 1798. in 4.

Osservazioni sopra due versi dell' egloca seconda di Virgilio, Discorso Accademico del Professore Floriano Caldani. Padova 1798. in 8.

Lettera di Angelo Luigi Nuzzi, Prelato Domestico del Sommo Pontefice, sull'origine ed uso del nome PAPA. Padova 1. Set. 1798. in 8.

De antiquitate et affinitate Linguae Zendicae, Samscrdamicae, et Germanicae auctore P. Paulino a S. Bartholomaeo. Patavii 1799. in 4.

Dissertazione sopra un antico Sigillo di Adria esistente nella città di Velletri nel celebre Museo Borgiano di Francesco Girolamo Bocchi Nobile Adriese. Adria 1799. in 4.

De duabus formis archetypis aeneis ad antiquum numisma majoris moduli pertinentibus, Disquisitio Comitis Simonis Stratico. Veronae 1799. in 4.

Mumiographia Musei Obiciani exarata a Paulino a S. Bartholomaeo. Patavii 1799. in 4. Edidit Cl. Prof. Florianus Caldanus.

Vita Antonii Augustini Georgii, auctore Cl. Angelo Fabronio, Academiae Pisanae Curatore. Pisis 1799. in 8. Extat in Volum. XVIII. Vitarum Italorum doctrina excellentium.

Varhu Krugliestra Maryna Govoregna &c. cioè, Regno di Maria di Monsig. Alessandro Borgia Arcivescovo e Principe di Fermo, tradotto in lingua Illirica da Monsig. Gregorio da Varess Vescovo Ruspense, e Vicario Apostolico nella Bosnia Ottomana. In Ragusa 1799. in 8.

Dissertazione sopra una urnetta Toscanica &c. del Sig. Ab. Luigi Lanzi. Venezia 1799. in 4., inserita nelle *Memorie per servire alla Storia Letteraria e Civile*, Semestre 2. Par. 1. del 1799.

sedere, atque hic unice in sacras Orientis Missiones animi Tui ardorem, singularem benevolentiam, sollicitudinemque Tuam laudare. Subsidia-

Vita Jacobi Facciolati, auctore Jo. Baptista Ferrari in Seminário Patavino Studiorum Praefecto. Patavii 1799. in 4.

La malattìa tredecennale di Elio Aristide, Sofista Adrianeo, esposta da Vincenzo Malacarne da Saluzzo Prof. ed Accad. Padovano. Padova 1799. in 4.

Illustrazione di un antico Sigillo di Padova, esistente nel Museo Veliterno di S. E. il Sig. Cardinale Stefano Borgia. Parma 1800. in 4.

Illustrazione di un' urnetta lavorata d' oro e di varj altri metalli all'*Agemina* dell'Abate Daniele Dottor Francesconi. Venezia 1800. in 8.

Orazione Funebre in lode della S. M. di Pio VI. del Conte Filippo Laurenti. Fuligno 1800. in 4.

Jornandis Vindiciae de VAR Hunnorum, auctore P. Paulino a S. Bartholomaeo. Romae 1800. in 4.

Stato ordinario, educazione, vizj, passioni, virtù, costumi, e doveri dell'uomo, e loro rapporto nella vita privata e sociale. Diss. di Enrico Gazzera, inserita nel Tom. I. della *Necessità di una Religione*. Alle sponde del Rodano 1801. in 8.

Del più vero primo titolo giurisdizionale de' Vescovi di Parenzo nel Distretto di Orsara. Diss. del Nob. Sig. Bartolommeo Vergottin. Venezia 1801. in 4. *Questo opuscolo fu composto e stampato per insinuazione fatta dall' Emo Borgia li 23. Giugno 1800. ai Sig. Deputati della città di Parenzo (come dalla Lettera Dedicatoria) quando vennero per ossequiare N. S. PIO VII. sulla nave la* Bellona, *la quale erasi rifugiata per tempesta nel Porto Quieto dell' Istria*.

Descrizione del Monumento da porsi alla memoria della defonta Maria Cristina Arciduchessa d'Austria, ideato ed eseguito dallo Scultore Antonio Canova. Romae 1801. in 8.

De Theologo Episcopi Epistola Jo. Jos. Paulovichii Lucichii. Rhagusii 1801. in 8.

Elogio d'Ireneo Affò, composto dal P. Pompilio Pozzetti, con note dell' Avv. Luigi Bramieri. Parma 1802. in 8.

Cosmogonia Mosaica del Cav. Angelo Maria Ricci. Roma 1802. in 4.

Lucae Fanciulli Auximatis Eccl. Presb. Canonic. de Lucernis seu Lampadibus pensilibus in Sacris Christianorum aedibus. Maceratae 1802. in 4.

Lycophronis Chalcidensis Cassandra studio et impensis Leopoldi Sebastiani. Romae 1803. in 4.

riam Tuam manum persensere Christiani Sinenses, Malabarenses, Tangutani, Chaldaei, Syri, Arabes, Aegyptii et Iberi. Sunt apud has gentes Tui nominis et clementiae non infrequentia signa et monumenta. Nullus ab Oriente in Occidentis oras advehitur, qui de Tuis laudibus non referat. Tu Alphabeto Granthamico, Tu Sindhustanensi Brahmanico, Tu Avensi et Tangutano in publicam lucem emittendo Tuum studium et operam navasti (*c*). Te Duce, Te Auspice in lucem prodit haec ipsa nostra locupletissima Samscrdamicae linguae institutio; illius nempe linguae, quae intra et cis *Gangem* quindecim *bhàshas*, seu dialectos per varias gentes, et immensas regiones diffusas, numerat: quarum fons et origo, affinitas vel disparitas, puritas vel corruptio numquam

Dynasties du second livre de Manethon par le Comte Jean Patocki. A Florence 1803. in 8.

Storia dell'Università degli Studj di Roma, detta comunemente la Sapienza, dell'Avv. Filippo Maria Renazzi. Tomo II. Roma 1804. in 4.

De Imitatione Christi. Romae 1804. in 8.

Memorie del Cardinale Ippolito de' Medici pubblicate dall' Arcip. D. Andrea Lazzari di Urbino. In Urbino 1804. in 4.

Discours sur les avantages et la necessité des lettres, pour être lu à la Séance publique de l'Athénée de Vaucluse, le 2. Brumaire an XII. Par Henri Gazzera. A Avignon an. XII. 1804.

Ven. S. D. Joseph Sebastiani Manasse, Carmelitae Excalceati, Bisignani, dein Tiferni Antistitis, de Consolatione ad Episcopos, a Comite Hieronymo Sebastiani typis restitutum, ejusque vitae compendio praeornatum opus. Romae 1804. in 4.

(*c*) Vide Joh. Christophori *Amadutii*, Praesidis Typographiae S. Congr. de Prop. Fide praefationes ad haec Alphabeta, Romae 1771., et seqq. annis ejusdem S. Congr. typis editas.

conspici et discerni poterit, nisi ipsius matris linguae perfectam notitiam nanciscamur (*d*).

Quis, quaeso, Italici, Gallici, Hispani et Lusitani sermonis affinitatem vel disparitatem, venustatem aut impuritatem, nominum radices ac etymologias ritè perspiciet, aut rectè dijudicabit, nisi ipse matris linguae, quae *latina* est, principiis probè imbutus fuerit? Hac igitur mea lucubratione Indicis Fidei praeconibus campus aperitur, non solum ad ediscendam linguam *Samscrtam*, reliquorum Indiae Idiomatum matrem, per quam aditus patet ad sacros Indorum veteres codices perlegendos: sed etiam expedita via datur ad varias Indiae dialectos inter se conferendas et examinandas, ad impuras in iis dictiones ope primaevi sermonis castigandas, ad abstrusas variorum nominum radices penitius indagandas, et quod rei caput est, ad ipsas Indicas dialectos accuratè, et feliciter perdiscendas (*e*). Jam ergo animo benigno, ut soles

(*d*) *La lingua Samscrit* (Samscrta) *è una lingua morta nel publico, ma è bensì la lingua dei Libri, che chiamano anche lingua dei Dei, che sarebbe come fra noi la lingua Latina, che non si sà se non da chi l'impara con studio*. R. P. Marcus a Tumba in *cod. ms.* in fol. pag. 196. in Museo Borgiano asservato. Plura de lingua *Samscrta* ex D. *Jones*, *Dow*, P. *Pons*, *Halhed*, et ex nostra *grammatica* coacervata profert vir insignis D. *Joh. Frid. Kleuker* tom. II. in libro inscripto: *Abhandlungen iiber die Geschicte und Alterhiimer Asiens* &c. Riga 1795. pag. 1. 2. 3. seqq.

(*e*) De his Indicis dialectis plura inquirit D. Kleuker in lib. cit. tom. III., pag. 427., et seqq., ubi de idiomate *Tamulico*, *Malabarico*, *Telugico*, *Canarino*, *Indostano*, *Maràshtico*, *Guzaratico*, et *Bengalino* disserit. Perlegi merentur etiam illa, quae ex *Benjamino Schulzio* affert

EMINENTISSIME PRINCEPS, hoc nostrum opus complectere, et quod Te Auspice in publicam profertur lucem, favore et clementia Tua prosequere ac vale.

p. 120. editor libri inscripti: *Orientalisch- und Occidentalischer Sprachmeister*. Leipzig 1748., ubi *tabulae polyglottae* exhibentur varias Indicas dialectos, et scripturae specimina referentes. Confer nostram praefationem ad hanc eamdem *Grammaticam*.

AD LECTOREM.

Grammaticam linguae സംസ്കൃതം *Samscrta*, vulgò संस्कृत *Samscrit* nuncupatae, anno M. D. CC. XC. amplissimorum S. R. E. Cardinalium, Congregationi promovendae in exteras gentes Orthodoxae Fidei Praepositorum, decreto et auctoritate in publicam protuli lucem (*a*). Vix ille peregrinus partus e crena mei calami decidit, jam is suos tutores et patronos ex una parte nactus est, ex altera vero in crimen venit, quasi informis monstri turpitudinem vultu suo praeferret. Cur, dicebant aliqui, cur eidem nullus europaeus color et cultus? Cur nulla membrorum concinnitas? Cur pellis tam lurida? Cur vagitus tam tenuis, et non magis vox alta, aut rugitus Leonis? Minervam e Jovis cerebro exciendam, eamque non indica, sed graeca, aut romana forma insignem, a me expectabant illi, qui geniali lecto decumbentes, et refragantis Orientalium linguarum indolis ignari, omnia sine studio et labore assequi, atque ad suam voluptatem comparata esse volunt. Non legerant isti *pag.* 80. ejusdem *Grammaticae* decretum S. Congregationis de Propaganda Fide, ex quo palam et aperte colligitur, opusculum illud non vanae europaeorum hominum curiositati, sed Indicorum Orthodoxae Fidei praeconum commodo consecratum fuisse; qui cum vulgarium Indicarum linguarum peritia, et Indicae Orthographiae scientia jam sint praediti, superse-

(*a*) *Sidharùbam*, seu *Grammatica Samscrdamica*, cui accedit Dissertatio Historico-Critica in linguam *Samscrdamicam*, vulgò *Samscret* dictam. Romae 1790., typis S. Congregationis de Propaganda Fide.

dendum erat pluribus instructionibus, quae requirebantur, si opusculum illud europaeis viris, omni Indico adminiculo destitutis, dedicandum fuisset. Accedit, quod grammatica illa brevis sit synopsis grammaticae magnae *Brahmanicae*, quam si integram *Granthamicis* elementis exaratam tradidissem, eam vix quinque voluminibus absolvissem. Porrò cum haec ipsa non solum nimia redundantia et amplitudine laboret, sed etiam plurimis difficultatibus sit intricata, apostolicis viris manuductio quaedam pernecessaria fuit, quae, in sermone jam dudum exoleto, per avia et devia semitam commonstraret, atque ad abstrusas hujus scientiae partes aditum aperiret. Sed his satis: quis enim omnibus ineptis quaestiunculis satisfacere valeat, aut luxuriantem Eruditorum quorundam *picam* coerceat? Jam ergo ad വ്യാകരണം *Vjàcaranam* transeamus.

Est *Vjàcarana* illa major Brahmanicae Grammaticae pars, quae nominum et verborum inflexionibus seclusis, longo artificio, et maxima regularum ubertate nomina, verba, adverbia, participia, et reliquas orationis partes connectit, attemperat, concinnat, eisque elegantiam, ornatum, et venustatem addit, quâ conspicuae, in prosa et versu aptè et decorè comparere possint (*b*). Ea pro regionum diversitate variis elementorum formis conscripta est. Literis *Dèvanagaricis* utuntur Brahmanes borealis Indiae; *Telugicis* seu *Talenganicis* incolae mediterranei, seu in peninsula Indiae media degentes; *Granthamicis* Brahmanes australis Indiae, quae regnum *Carnàda*, *Concam*, *Maissur*, *Malajàlam*, *Matura*, *Tanjaur*, et totam Coromandelidis (*Tschòlamandhalam*) oram comple-

(*b*) Perlege illa, quae de *Syntaxi* Brahmanica infra *pag.* 125., et *pag.* 127. in hac nostra Grammatica afferuntur.

citur. Jam vero nulla horum characterum forma omnibus Indis ita communis est, ut ea universi promiscuè utantur; unde oritur grave incommodum, ex quo fit, ut una ex tribus memoratis characterum formis exarati codices per totam Indiam perlegi nequeant, cum unaquaeque forma peculiari provinciae affixa sit, et reliquarum regionum alphabetum excludat. In tali rerum statu quosnam ego in hac mea grammatica typis evulganda characteres adhiberem nisi latinos, qui ab omnibus Indicis Missionariis, in quacunque Indiae regione versarentur, perlegi, et intelligi possent? Profecto hac ratione hujus grammaticae lectio et usus redditur communis, et lingua *Samscrta* संस्कृत reliquorum Indiae idiomatum fons et mater, sub una latina elementorum forma ocyssime et feliciter edisci poterit (*c*). Datur etiam Europaeis literatis viris locus eamdem artem perscrutandi, linguae Samscrdamicae ubertatem admirandi, opportunitas eam addiscendi. Quamvis vero potior hujus grammaticae pars latinis elementis descripta sit, in ea tamen Indicorum characterum usum prorsus non neglexi, sed iis cumprimis constructionum exempla depinxi atque adornavi, ut ii, qui archetypi, et legitimae lectionis Indicae desiderio afficiuntur, eam assequi valeant. In Indicis vocabulis, latino charactere reddendis, tenacissimè inhaesi ortographiae *Granthamicae*, quae in australi Indiae regione viget, et quae a *Dèvanagarica* non dissonat; quod palam fit ex plurimis vocabulis Samscrdamicis a D. G. Jones *Dèvanagarica* orthographia descriptis. *Vjàcaranam* ipsam ex codice *ms.* R. P. Joannis Ernesti *Hanxleden*, Samscrdamici Sermonis peritissimi viri, qui eam ex codicibus pal-

(*c*) Vide vocabuli *Samscrta* etymologiam et analysim infra in Dictionario sub voce *Samscrta*.

meis *Granthamicis* Academiae Brahmanicae *Triciurensis* accuratissima manu descripsit, deprompsi, atque ad codicem *chart. ms.* Francisci *Texeira*, indigenae Indi, rite contuli, quem ego mea manu jam anno 1778. descripseram. Huic ipsi locupletissimum nomenclatorem ex *Amarasinha*, ex libro *Judhishtiravidjèa*, ex Dictionario *ms.* Hanxlediano addidi, denique omnem operam navavi, ut haec grammatica locuples, pura, facilis, et concinna in lucem prodiret.

Primaevus auctor magnae Brahmanicae Grammaticae creditur fuisse पनीनी Panini, unus ex iis veteribus Indiae Philosophis, quos Indi *Muni*, seu *Silentiarios* vocant, atque ut suarum artium et disciplinarum institutores venerantur. Huic coaevi fuere *Catàjana* et *Patanjali* duo philosophi, qui eidem suam navarunt operam in illa grammatica perpolienda, et absolvenda, ita tamen, ut *Paninio* ശിക്ഷ *shicsha*, seu illa grammaticae majoris pars, quae de recta et castigata literarum pronunciatione agit, praecipuè attribuatur. Meminit hujus auctoris liber Indicus വിദ്യാദർശനം *vidjadershana*, seu *scientiarum inspectio*, inscriptus, cui suas eruditas annotationes adjecit D. *Jones*, olim Academiae Calcuttanae Praeses, quae referuntur tom. I. in *Asiatick Researches*, et apud D. Joh. Frid. *Kleuker tom.* I. §. VIII. pag. 266. *de Litteratura Indica* in libro a nobis supra citato. Fide digna esse videtur haec Indica traditio, exstat enim sub *Paninii* nomine maximum et intricatissimum grammaticale opus (*d*), quod *Paniniga* inscribitur. Adde, quod il-

(*d*) *Paniniga*. Vide de hoc opere librum *Vidjadershana*, mox citatum, et annotationes D. *Jones* in eumdem. Confer R. P. Cassiani Be-

li, qui majorem illam Brahmanicam gram maticam, qualem ego ex laudatis academiae *Triciurensis* codicibus descriptam possideo, viderunt, et attenta mente considerarunt, fateantur est necesse, eam non unius hominis, sed plurium doctorum virorum partum esse. Vera itaque esse videtur illa Indica sententia quae magnam Brahmanicam Grammaticam *Paninio*, *Cat'ajanae* et *Patanjalio* adscribit. Huic refragari, dum et scriptis monumentis, et universa Indicae gentis vocali auctoritate suffulcitur, ab honestae critices regulis esse videtur alienum. Sane universalis hujus traditionis etiam in Australi Indiae regione vigentis testis luculentus est R. P. *Pons*, qui in epistola ad P. *du Hald* scripta (*e*) inquit: *Pania aidé du Sarasvat, composa un ouvrage immense des reg les du Samskret*. Quonam autem aevo haec grammatica composita fuerit, quanam aetate et ipsa lingua *Samscrta* nata sit, hoc in tanta temporis longinquitate, et monumentorum defectu, quo laboramus, dictu perdifficile est. Ante *Herodoti* aevum sermonem samscrdamicum certe per totam Indiam, et fortasis etiam veterem Persidem in usu fuisse, ea probare videntur, quae nos alibi ex Herodoto ipso, ex Ctesia, Plinio, Arriano, Strabone, et Hesychio attulimus (*f*). Ceterum *Vjàcaranam*, quam nos tra-

ligatti *Alphabetum Brahmanicum seu Indostanum Universitatis Kasi*, Romae 1771., pag. 105., ubi de Brahmanica grammatica *Sarasvata* inscripta disserit. *Paninii* opus grammaticale etiam *Sidhànta Caumudi*, id est, *pervicacia in inquirenda luce*, inscribitur, cujus libri exemplar *ms.* citatur n. 41. in catalogo Anglicano: *A catalogue of Sanscrita Manuscripts presented to the Royal Society by Sir William and Lady Jones, by Charles Wilkins, Esq. F. R. S. From the Pilosophical Transactions.*

(*e*) *Lettre sur la Litterature Indienne, et les Brahmanes qui en sont les Depositaires*, Carical, ce 23. Novem. 1740. *Lettres Edifiantes*, tom. XXVI. p. 218. et suiv.

(*f*) *De Antiquitate et Affinitate Linguae Zendicae et Samscrdamicae*, Patavii typis Seminarii, pag. XXXIII., et seqq., et cumprimis pag. XXXVII. §. IV. *Vocabula Zendica et Samscrdamica ex Priscis Scri-*

dimus, jam anno LVI. ante Christi Servatoris N. nativitatem exstitisse, et in numero Indicarum scientiarum ac librorum effulsisse, palam et apertè evincitur ex *Amarasinha*, sect. *Shabdàdivargga*. Vixit *Amarasinha*, celebris auctor Dictionarii *Amarasinha* inscripti sub *Vicramàditja* illustri Indiae rege, (*g*) qui obiit anno 57. ante Christum natum (*h*). Is ergo laudata sect. *Shabdàdi* inscripta ait: ശിക്ഷാദ്യാ ശ്രുതരംഗ *Shikshètjàdi shruteranga*, id est, in *Shiksha*, quae ars est recte pronunciandi literas, incipiunt sex membra (partes) legis *Vèda*, quae etiam *shruti* dicitur, ഷഡംഗവേദ shadhangovèda, *sex membra* seu partes *Vèdae*, quas deinde recenset, nempe ശിക്ഷ *Shiksha*, ars recte pronunciandi; കല്പ *Calpa*, Ethice, seu scientia vel praecepta morum; വ്യാകരണ *Vjàcarana*, grammatica major cum syntaxi universa; നിരുക്തി *niructi* commentatio seu glossema in obscura verba et abstrusas phrases legis *Vèda* nuncupatae, quarum genuinam

ptoribus Eruta. Confer in eodem opusculo pag. x., in qua *Eusebii*, *Plinii*, *Strabonis*, *Clementis* Alex., *Cyrilli*, *Mosis Choren.*, sententia de antiquis *Brahmanum* sedibus affertur.

(*g*) Confer in calce hujus operis corollarium de *Bibliographia* Indica, ubi haec uberius et accuratius expenduntur.

(*h*) Vide de *aera* regis *Vicramàditjae* librum inscriptum: *Viaggio alle Indie Orientali, umiliato alla Santità di N. S. Papa Pio VI.*, Romae 1796., pag. 243. et 244., ubi haec diligenter et accuratè expedita fuit. Confer praefationem in librum inscriptum: *Amarasinha*, Sectio Prima *De Caelo*, ex tribus ineditis Codicibus Indicis Manuscriptis, Romae 1798. pag. IX. in *praefat.*

significationem et sensum explicat ac expedit. జ్యోతిష *giòtisza*, seu *djòtisza*, astrologia, seu scientia stellarum, ఛందస్ *tschanda*, forma venusta, seu *Prosodium*, quod de syllabarum mensura, carminibus, versibus, et rythmicis compositionibus tractat. Haec omnia consona sunt libro *Vidjadershana*, mox laudato, in quo eadem sex legis seu *Vedae* membra recensentur; ut proinde de *Vjàcaranae* existentia et antiquitate dubitare non liceat (*i*). Ad hanc referuntur *Mugdhabòdha*, Grammatica Samscrdamica, auctore *Vopadèva*, qui fuit *Gòsvàmi* seu gymnosophista. Meminit hujus grammaticae D. Jones in commentatione in librum *Vidjadershena*. Eadem recensetur in catalogo

(*i*) Cum *Amarasìnha* suum linguae Samscrtamicae Dictionarium in tria capita seu *càndha*, et 27. sectiones divisum sub initium seculi ultimi ante Christum natum composuerit, et in eo *Vjàcaranae* meminerit, fide historica certum et perspicuum est, ante ipsius aevum hoc grammaticale opus in India notum et pervulgatum fuisse; is enim non nova et recentia a se creata aut conficta, sed antiqua, a majoribus tradita, atque jam dudum in illa regione notissima in suum codicem retulit; quod ex divisione *Vèdae* in sex partes, aliisque indiciis apertè colligitur. Potest itaque jure merito, haec Indica grammatica certare de antiquitate cum quacumque grammatica latina; nam ut Svetonius Gram. c. 1. n. 1. ait: *Primus, quantum opinor, studium grammaticae in urbem intulit* Crates Mallotes, *Aristarchi aequalis, qui missus ad Senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium bellum Punicum*. Antea *Romae* loquendi scribendique lex erat populi consuetudo. At vero *Crate Mallote* Indicos Philosophos *Paninium*, *Càtajanam* et *Patanjalium* aevo superiores fuisse, non datur dubitandi locus, si vel leviter animadvertas, Indicam Philosophiam ac scientias aevo Alexandri M. in suo culmine constitisse. Nec desunt intrinsecae rationes pro antiquitate *Paninii*, hujus Indicae grammaticae auctoris. *Patanjali* est auctor sectae philosophicae *Patanjala dershana* dictae, quae *Sankhja* est, contemplatio nempe rerum cum *Ishvara* seu *Domino*, quâ animus ad quandam quietem, stoicae philosophiae peculiarem, ducitur. Supersunt hodiedum in India hujus scholae et sectae vestigia. Ejus initium et origo ad septingentos circiter annos ante Christum natum non sine validis conjecturis rejici potest.

Bibliothecae R. Parisinae *cod. chart. ms.* num. 215. sub corrupto lemmate *Mouge bòdha*, et *Bopdeva* (*k*). Grammatica సిద్ధాంతకౌముది *Sidhàntacaumudi*, seu *Pervicacia in inquirenda luce* inscripta, cujus supra in annotatione)c(meminimus, *Vopadèvae* opus aetate sua antecellit, sed hoc teste, jam laudato D. Jones, lucidius et apertius est. Grammaticam సారస్వత *Sarasvata* commendat R. P. Pons, et R. P. Cassianus Beligattius sub vulgari et corrupto nomine *Suoarasot* pag. 104. Alphabeti Brahmanici seu Indostani. Idem commemorat *Vjàcaranam* sub inculto vocabulo *Biakaru* (pag. 49. ibidem). His coronidem imponimus nostrae in Indicas grammaticas disquisitioni, nam vulgarium grammaticarum copia affluunt singulae *Sindhustani* provinciae, sed de his nobis nullus est sermo, qui solius literalis et purioris Samscrdamicae linguae praecepta tradenda suscepimus. Dialectos Indicas ex lingua Samscrdamica matre dimanantes, quae sunt नागरी *Nagri*, seu *Nagarica*, *Guzaratica*, *Bengalica*, *Goana* seu *Concàna*, *Maràshtica*, *Telùgica* seu *Talinga*, vulgò *Vadaca* dicta, *Canarina*, *Tamulica*, *Malabarica*, *Sinhalaea* sacra in insula *Sinhaladipa* seu *Ceylan*, *Peguana Avensis* sacra, *Pàli* nuncupata, ac denique *Zendica*, jam alibi accurate et diligenter recensuimus, invicem contulimus, et producto multorum vocabulorum agmine illustravimus (*l*).

(*k*) Catalogus Codicum Orientalium mss. Bibliothecae R., Parisiis, ex Typographia Regia, 1739. *fol.* 434.

(*l*) Vide opus inscriptum: *Musei Borgiani Codices Manuscripti Avenses, Peguani, Siamici, Malabarici, Indostani animadversionibus castigati et illustrati*, Romae 1793., pag. 2. et seqq., pag. 51. et seqq., ubi analysis datur orationis Dominicae variis dialectis adornatae. Confer pag. XVII. et XVIII. in Dissertatione de *Antiquitate et Affinitate*

Vestigia aliqua Indici Sermonis in insula Malacensi hodiedum perstantia reperit *Marsden* (*m*). Nec mirum, nam alia ego detexi in titulis regum insulae *Sumatra* (*n*). Jam ergo habes, o benevole Lector, in hoc tanto immensoque campo sufficiens spatium, in quo Tu decurrere, operam et curas tuas collocare, studium linguarum Orientalium exercere, et non solum curioso tuo res novas inquirendi animo satisfacere, sed etiam ipse aliquid aequi bonique in publicum commodum conferre possis. Aditum aperui, ingredere et sequere. Longa et aspera est via, sed magno et alacri animo facile conficitur, et improbus labor omnia vincit. Vale.

Linguae Zendicae, Samscrdamicae et Germanicae, Patavii, typis Seminarii.

(*m*) Vide pag. 226. *On the traces of the Hindu Language and litterature exstant amongst the Malays*, in opere inscripto: *Dissertations and Miscellaneous Pieces, Relating To the History and Antiquities of Asia*, vol. IV. London 1798.

(*n*) Vide supra citatas pag. in Dissertatione *de Antiquitate et Affinitate Linguae Zendicae et Samscrdamicae*. Impuriores sunt, et a veteri gentilitia Samscrdamica matre lingua plus dissidentes, illae Indicae dialecti, quas pervasere et corrupere lingua *Persica* et *Arabica*, armata Barbarorum manu, et incursionibus Tatarorum in Indiam allatae. *E. G.* nihil corruptius et deformius hodierna vulgari lingua *Indostana*; quae per aliquas exstincti *Mogolitani* Imperii provincias vagatur, ea enim composita est ex veteri gentilitia Indica lingua, ex *Persica* et *Arabica*, quae duae ultimae illius veteris patriae linguae vim et lucem adeo exstinxere, ut eam in hac perversa mixtione vix dignoscere, atque vocabula ejusdem ab Arabicis et Persicis secernere vix possis. Indos Mogolitanos semper *Persice* locutos fuisse credas, nisi animadvertas, hanc *Persicam* admixtionem tardius, et per *Tatarorum* invasiones gentilitiae Indicae linguae accessisse. Vide grammaticam *Indostananam* vulgarem anno 1778. Romae typis S. Congr. de Prop. Fide editam, cujus auctor in explicatione utitur lingua Lusitana. Puriores Indiae dialecti sunt: *Maràshtica*, *Telugica*, *Tamulica*, *Malabarica*, ab his enim *Persica* et *Arabica* vocabula et corruptiones exulant.

INDICULUS

Codicum Indicorum Manuscriptorum, qui in hoc opere citantur, et adhibentur.

I. അമരസിംഹം *Amarasinha*, de quo jam supra disseruimus, et infra *pag.* 329. sermo recurret. Exstat alterum ejus exemplar graphio chalibeo et Indica manu in *ôlis*, seu palmarum foliis accuratè descriptum, quod nunc in *Museo Borgiano Velitris* asservatur; exemplar sane pervetustum et siglis ac notis interpunctum, quae interpunctiones, resolutis versibus, quibus *Amarasinha* suum Dictionarium conscripsit, nomina omnia discincta, et si ita loqui fas est, nuda, sistunt, ut Lectoris oculis sigillatim insiliant, sublatis nempe elisionibus syllabarum, quae in hoc Dictionario versibus scripto graves difficultates in legendo facessunt. Hoc Dictionario interpuncto ego in vocabulis Samscrdamicis describendis saepe usus sum. Alia duo hujus codicis exemplaria chartacea sunt; et illud, quod R. P. *Hanxleden* ex codicibus palmeis Academiae Brahmanicae *Triciurensis* descripsit, versibus constat.

II. യുധിഷ്ഠിരവിജയം *Judhishtira vidjea*, seu *Judhishtirae regis victoriae*, poema epicum; cod. chart. ms., sed mancus, incipit enim ab *âshvâsa* IV., seu a capite quarto, quod inscribitur, *astra lâbhâ shvâsa*; Caput V. *Kîtschacavadha rûpa*; Cap. VI. *szasztôshvâsa*; Cap. VII. *Saptamâshvâsa*, *carna sujôdhanajôrvadha rûpa*. Codex numerat in 4to. pagiuas 190. minutissimo charactere *granthamico* exaratas. Descripsit ex codd. palmeis academiae Triciurensis R. P. Hanxleden, S. J. Missionarius, vir linguae Samscrta peritissimus. Vide infra *pag.* 331., ubi de aera regis *Judhishtirae*. Exstat in *Museo Borgiano*.

III. ഭഗവതം *Bhagavata*, vel *Shribhagavata*, cod. ms. in *ôlis*, seu palmarum foliis, nunc in *Museo Borgiano* èxstans. Dei *Krshnae* Θεοφανίαν, gesta, genus, *Pandavis* fratribus auxilia praestita purissimo carmine canit. Hujus codicis initium ego cum versione latina protuli in *Sidharûbam* seu *Grammatica Samscrdamica*, pag. 171. Romae edita 1790. Scriptus est charactere *Granthamico*, et XII. capita complectitur. Alia hujus codicis exemplaria charactere *Dêvanagarico* et *Bengalino* exarata citantur in catalogo anglicano, supra laudato, *num.* 3. a., *num.* 3. b., *num.* 3. c., et *num.* 107. versio hujus operis in idioma Persicum. *Bhagavata* a *Marida poulla* in linguam Gallicam versus, opus est apochryphum, et imperfectum, ut recte notat Domina Jones *pag.* 5. in praedicto catalogo.

IV. Fragmentum libri *Mâgha*, quod apud me exstat. De hoc egi in alia mea Grammatica, *pag.* 66.

V. ശ്ലോകം *Shlôga*, seu sententiae gymnosophisticae, versibus descriptae, quae exstant in calce *Vyâcaranae* in codice chartaceo Hanxlediano.

VI. Dictionaria Malabarico-Samscrdamica P. *Hanxleden*, et P. *Biscoping*, in quo ultimo vocabula pura Samscrdamica asterisco notantur, et distinguuntur. Denique mea schediasmata, quae ex lectionibus a Brahmane *Krshna Vâriar* et a *Cugni Mênon* auditis, confeci et asservavi.

INDEX

CAPITUM, ET SECTIONUM.

CAPUT I.

De Sanscrdamicis litteris. pag. 1

Sectio I. *De litterarum divisione.* ib.
Sectio II. *Classis vocalium.* 2
Sectio III. *Classis consonantium.* 6
Sectio IV. *Divisio litterarum consonantium.* 12
Sectio V. *Exempla lectionis.* 15
Litterae duplices extravagantes. 16

CAPUT II.

De Nominum declinationibus. 20

Sectio I. *De declinationibus nominum exeuntium in* vocales. 31
Exempla declinationis nominum desinentium in A, I, U, O, Ei, Au, pagina 22. *usque* 38

CAPUT III.

Sectio I. *De declinationibus nominum desinentium in* consonantes. 39
Declinatio I. 40
Declinatio II. 41
Declinatio III. 43
Declinatio IV. 46
Declinatio V, VI, VII, VIII. 47
Declinatio IX. 48
Declinatio X, XI, XII, XIII. 49—51
Declinationes *Neutrorum.* 52—54

Sectio I. *De pronomine, et relativis.* 54—58
Exempla casus illustrantia. 59
Sectio III. *De generibus.* 60
Sectio IV. *De conjunctione adverbiorum cum nominibus.* 64
Sectio V. *De conjunctionibus nominum Adjectivorum cum Substantivis.* 66
Sectio VI. *De transformatione Substantivorum in Adjectiva, et viceversa.* 69
Sectio VII. *De contractione nominum inter se.* 71

CAPUT IV.

De conjugationibus verborum. 72

Sectio I. *Conjugatio verbi* Bhavati, *est, vel existit.* 74
Conjugatio II. *Verbi* atti *edit*, runadhi, *impugnat* junacti, *jungit.* 84
Conjugatio III. *Verbi* Sunòdi, Tschinòdi, Tanòdi, Karòdi, Bhravidi. *Ritum exercet, auget, facit, facit, dicit.* 88
Conjugatio IV, *Verbi* Krìnnòdi, *emit*, Grahnnàdi, *accipit.* 92
Conjugatio V. *Verbi* dadhàdi *excipit*, dadàti *dat*, giuhòdi, *dat, accipit.* 94
Sectio II. *De Verbis Passivis.* 97
Sectio III. *De Verbis communibus, sive* Mediis, *de Deponentibus sive* Submediis. 102
Conjugationes verborum communium, et Deponentium, specimina quinque, a 102—115
Sectio IV. *De Verbis Anomalis.* 115
Sectio V. *De Verbis Desideralivis.* 120
Sectio VI. *De Verbis Effectivis, et Verbis Frequentativis.* 122

CAPUT V.

SECTIO I. *De Syntaxi Nominum, et Verborum, de Nominativo.* 125
SECTIO II. *De Accusativo seu II. casu* Brahmanico. 128
SECTIO III. *De Ablativo* causae, societatis, instrumenti, *seu de III. casu* Brahmanico. 131
SECTIO IV. *De Dativo* cui fini, *seu de IV. casu* Brahm. 132
SECTIO V. *De Ablativo II., seu de V. casu* Brah. 135
SECTIO VI. *De VI. casu, seu de nostro Genitivo et Dativo.* 137
SECTIO VII. *De VII. casu, seu de Ablat.* quietis et numeri. 139

CAPUT VI.

De analysi constructionum, de adverbiis, praepositionibus, et conjunctionibus. 140

SECTIO I. *De Conjunctione et separatione dictionum.* 141
SECTIO II. *De Adverbiis.*
SECTIO III. *De Supinis, participiis et gerundiis.* 151

CAPUT VII.

Nomenclator Latino-Samscrdamicus.

SECTIO I. *De* Deo *ejusque attributis, de caelitibus, et beatis.* 155
SECTIO II. *De diis falsis, de Ethnicis et eorum sacrificiis.* 158
SECTIO III. *De caelo, firmamento, astris, elementis et temporibus.* 164
SECTIO IV. *De terra habitata, ejusque partibus, regnis, urbibus, aedificiis.* 171
SECTIO V. *De igne et aqua.* 173
SECTIO VI. *De animalibus et bestiis.* 174
SECTIO VII. *De homine, ejusque variis attributis.* 177
SECTIO VIII. *de corpore humano, ejusque partibus.* 182
SECTIO IX. *De statu regio.* 185

Sectio X. *De pace et bello.* 189
Sectio XI. *De statu sacerdotali, monastico, et scientifico.* 192
Sectio XII. *De agricultura, botanica et medicina.* 201
Sectio XIII. *De suppellectili domestica.* 209
Signa hieroglyphica, *quae Indi in fronte vel pectore depicta gerunt.* 216
Sectio XIV. *De anima ejusque potentiis, affectibus, sensibus internis et externis.* ib.
Sankìrnavargga, *classis miscellanea variorum vocabulorum ordine alphabetico, seu* Dictionarium Samscrdamico-Latinum *a pag.* 222. *usque ad pag.* 299
Nanàrthavargga, *seu classis dictionum* aequivocarum. ib.
Adjectiva. 303
Virorum qualitates. 306
Verba varia charactere Granthamico *descripta.* 307
Oratio Dominica in lingua Samscrta, *composita cum commentatione grammaticali.* 315
Exempla varia constructionum.
Numeralia et Ordinalia. 326
Corollarium de Indica Bibliographia. 327

CAPUT PRIMUM

De Samscrdanicis Literis

SECTIO I.

De Literarum divisione

Omnes literae Samscrdamicae dividuntur in duas classes : Prima, quae est *Vocalium*, vocatur Samscrdamice *Agianda*, vel ut Germani scribunt, *Adjanda*. Altera, quae est consonantium, *Halanda* nuncupatur. Vocales sunt

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

ಅ a, ಆ aa, ಇ i, ೀ ii, ಉ u, ಊ uù, ಋ iru, ೠ iruù,

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

ಌ ilu, ೡ iluù, ಎ e, ಐ ai, ಒ o, ಔ au, ಂ am,

16.

ಃ ah.

Consonantes sunt.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

ಕ *ka*, vel *ca*, ಖ *kha*, ಗ *ga*, ಘ *gha*, ಙ *nga*, ಚ *cha* seu *tscha*;

7. 8. 9. 10. 11.

ಜ *gia* seu *dja*, ಝ *ggiha* seu *tja*, ಞ *gna*, ಟ *dda*, ಠ *ddha*,

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

ಡ *da*, ಢ *dha*, ಣ *nna*, ತ *t*, vel *d*, ಥ *tha*, ದ *d*, ಧ *dha*, ನ *na*;

20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

ಪ *pa*, ಫ *ba*, ಭ *bha*, ಮ *ma*, ಯ *ja* seu *ya*, ರ *ra*, ಲ *la*,

27. 28. 29. 30. 31.

ವ *va* seu *wa*, ಶ *scha* seu *scha*, ಷ *sza*, ಸ *sa*, ಹ *la* crassum,

32. 33. 34. 35. 36. 37.

ക്ഷ *ksha* seu *kcha*, ഠ *rra*, ഡ *dta*, ഫ *ppha*, ള *la*, ശ *tscha*,

38.

ഹ *ha*.

SECTIO II.

Classis Vocalium.

1. Prima vocalis effertur ut latinum *a*, et valet *a*. Haec vocalis numquam scribitur in medio et fine dictionis, quia quaevis consona sibi congenitam habet vocalem *a*; ac proinde figura et forma hujus primae vocalis solumodo occurrit in principio dictionis aut periodi alicujus. V. G. *Aham ega medinim imam handum*: Aham *ega*, ega *solus* (unus), medinim *terram*, imam *hanc*, handum *ad destruendum* (nempe sufficio). In hac periodo figura et forma primae vocalis *a* tantumodo scribitur in principio nominis *Aham* ego; in quo conservat suam formam in praescripto syllabario depictam: in reliquis vocibus *a* vocalis intermedia aut finalis ore quidem effertur, sed non scribitur. Haec regula semper certa et firma manet, nec aliquam patitur exceptionem.

2. Secunda vocalis est *à* longa, et valet duo *aa*. Eadem sequitur regulam antecedentem, sed post consonantem requirit notam ാ, seu signum vocalis *à* longae, quod appositum indicat syllabam esse longam, ut മാ *maa* magna.

3. Tertia vocalis *i* valet latinum *i*; et numquam scribitur in medio aut in fine dictionis, sed tunc eam supplet sigla ista ി consonanti a latere dextro imposita: sic in ഭവതി *bhavadi* exsistit, ultima consonans ത, *d* seu *t*. appictum habet signum vocalis *i*, *valli* dictum.

4. Quarta vocalis valet duplex *ii* seu *î* longum; ejusque vices in medio et fine dictionis supplet nota ീ *valli* dicta, consonan-

ti a latere dextro appicta: ut ലീല *lìlà* jocus. *A* longa, *i* longa, et *u* longa distinguitur a brevi per signa *dirggha* dicta: est autem *dirggha* longitudo, ut *dirggha darshi* longe videns, propheta, qui futura praevidet, et praenoscit. Ex hoc etymo vocis jam patet, *dirggha* in scriptura samscrdamica nihil aliud esse, quam notam vocalis longae consonanti appictam.

5. et 6. Quinta et sexta vocalis est *u* breve, et *ù* longum, et valet *u* breve, et *ù* longum latinum. Etiam haec litera numquam in medio et in fine dictionis integra scribitur, sed per notas infra ad pedem consonantis appictas suppletur, v. grat. രൂക്ഷ *rùksha* ira, odium, res aspera, dura, terribilis. Varias notarum seu siglarum formas, quibus Brahmanes vocalem *u* supplent, videsis pag. 31. et 32. in *Alphabeto Grandonico-Malabarico*, *seu Samscrdonico*, edito Romae anno 1772. In eodem locupletissimam de his literis, earumque pronuntiatione notitiam comperies. Nobis non licet his levitatibus jam toties repetitis immorari. Ceterum tota difficultas notarum, quibus *u* breve ab *ù* longo secernitur, in eo stat, quod utriusque siglae ad latus dextrum, aut ad pedem consonantis appensae nunc in dextram, nunc in sinistram manum deflectant, ut in citatis paginis Alphabeti Granthamico-Malabarici conspici licet. Eadem ratio et norma habetur in scribendis vocalium notis, dum lingua Samscrdamica exaratur characteribus *Dèvanagaricis*, aut *Talenganicis*. Notae nempe vocalium, quae in lingua Arabica, Persica et Chaldaica punctis consonanti impositis aut suppositis determinantur, in lingua Samscrdamica, quocumque charactere ea exaretur, consonantibus appictae vel ad dextram, vel ad sinistram ipsius consonantis collocantur, aut subtus literam producuntur. Videsis *Alphabetum Bramhanicum*, *seu Indostanum universitatis Kasì*, Romae editum anno 1771. pag. 35., Cap. IV. *De copulatione vocalium cum consonantibus*.

7. et 8. Septima et octava vocalis samscrdamica, a lingua graeca et latina omnino aliena, valet *ru* breve, et *rù* longum, et in scriptura *Devanagarica* valet *ri* breve et *ri* longum. Perpauca sunt nomina, quae ab hac vocali incipiant. *Rishi* viri sancti *Muni* dicti, veteres Indorum sapientes; *Rikr*, *sàma*, *yadju*, seu

yagiú, nomina trium Legum, quibus tota Indorum religio, et legislatio continetur; *Rishabha* bos; *Rinna* debitum; *Rida* spatium duorum mensium seu bimestre. Haec fere, et non alia sunt illa vocabula, quae ab initio dictionis hanc vocalem, si vocalis dici potest, postulant. Nota hujus vocalis, quae eam in medio, vel in fine nominis supplet, sunt duae figurae seu siglae, quae consonantium pedi appiguntur, v. g. ex ಸ, *sa* fit ಸ್ರ *sr*, ut in voce ಸೃಷ್ಟಿ *srshti* creatio, res creata, ಮೃತ್ಯು *mrtju* mors; *mrshti* nitor, mundities. Ad *rù* vel *ri* longum denotandum eadem inservit nota consonae subtus appicta, geminando ductum inferiorem recurvum ipsius notae, ut ಸೃ *sri* vel *sru* breve, ಸೄ *srii* vel *sruu* longum.

9. et 10. Nona et decima vocalis valet *lu* breve, et *lù* longum, et in Alphabeto *Devanagarico li* breve, et *lì* longum. Haec vocalis non suppletur per notas, sed integra et firma manet sive ab initio, sive in medio, sive in fine dictionis, et secundum suam formam in syllabario descriptam additur consonanti.

11. Undecima vocalis valet latinum *è*, eademque tantumodo occurrit in principio dictionis: in medio autem et fine consonanti addita suppletur per signum *pulli* dictum; quod hoc modo pingitur ಽ; sic ಕ, *k* simplex, cui si praeponas notam *pulli* erit ಽಕ, *kè*. Haec nota in scriptura *Granthamica*, qua Nos utimur, semper consonanti praeponitur; in scriptura vero *Devanagarica* semper una virgula oblique ducta consonanti imponitur, eademque vocalem *è* supplet. (*)

12. Duodecima vocalis, seu potius dyphtongus, valet latinum *aì* vel *eì*. Eadem suppletur per binas hasce figuras ೧೮; unde ex ಕ *k* simplici fit ೧೮ಕ, *kaì* vel *keì*.

13. Decimatertia vocalis valet latinum *o*, quod supplent col-

(*) Ratio itaque Alphabeti, quo quis in scribendo utitur, habenda est, nam Alphabetum *Dèvanagàricum* et *Talenga*, quibus lingua *Samscrda* recte exprimitur, alios et alios ductus ac figuras habent.

locando consonantem in medio harum duarum notarum ൊ et ു ; sic ex ം *m*, fit ൊംു *mò*: v. g. ൊംുക്ഷം *mòksha* beatitudo.

14. Decimaquarta vocalis, seu potius dyphtongus, valet latinum *au*, cujus naturam et vim ubique conservat. Collocatur autem consona inter duas hasce figuras ൌ et ു, atque in earum complexu transit in *au* clarum et distinctum, sic v. g. ex പ p., fit പൗത്രം *pautra*, vel പൊപൗത്രം *pautra* nepos. Ubi vides non semper necessariam esse primam figuram ൊ, bene tamen secundam, quae numquam abesse potest.

15. Decimaquinta vocalis est litera *m*, vel *n* nasalis, eamque modo per cyclum, literae latinae *o* similem, aut per ipsam literam ം *m* exprimunt et describunt: v. g. സംശ്രവം *samshiravam* consensus, സംഗീതം *samghida* musica, concentus, സംസൃഷ്ടം *samsargga* unio, copula, conjunctio, സം *sam* simul. Praeceptores Indiae Borealis, qui linguae Samscrdamicae elementa pueris tradunt, hanc narinam vocalem uno circello describunt, et punctum *ankar* nuncupant. Ea semper naribus magis quam ore pronuntianda est.

16. Decimasexta vocalis est quidam accentus, qui vim et conatum, seu quamdam aspirationem indicat esse faciendam in promenda litera, cui a latere dextro appinguntur duo circelli, *visargga* dicti; വൃക്ഷഃ *vrkshah* arbores; distinguitur pluralis numerus cum quadam finali aspiratione et conatu a numero singulari *vrksha* arbor, quod desinit in *a* breve. Hi dicycli etiam inserviunt ad distinguendam unam dictionem ab alia, dum in periodo aliqua nominibus aut verbis interjiciuntur. Devanagaricae scripturae magistri eos *bisarka* nuncupant: quod vocabulum scribi debet *visargga*; id est, *disjunctio*; est enim compositum ex *vi* dis, et *sargga* junctio; unde *samsargga* conjunctio, copula,

visargga autem disjunctio. Ex hoc vocis etymo nobis innotescit horum dicyclorum praecipuum munus, quod est, verba et nomina in periodis invicem separare et distinguere.

SECTIO III.

Classis consonantium.

1. Prima consonans க, *k*, valet latinum seu graecum *k*, posita in principio alicujus nominis aut periodi; in medio valet *ca*, aut *ga*: sic legito சகல *Sagala*, non *sakala*, totum, universum; அகம்படி *agampadi* miles praetorianus (guardia di corpo); கர்ண *karna* aures. Haec consonans correspondet consonanti क *ka* Alphabeti Devanagarici seu Indostanici, et persicae literae ق *qaf*. Filia hujus consonantis est க *kka*. duplex; quae in principio, in medio, et fine semper suum durum sonum retinet, et vix distinguitur a ک *kaf* persico, aut a ק *koph* hebraico.

2. Secunda consonans க *kha*, valet persicum aut arabicum چ *cha* seu *kha* cum aliqua aspiratione et conatu, v. g. *kham* கம caelum seu firmamentum, கல *khala*, fur, nebulo. Respondet haec litera Devanagarico ख *kha*, ejusdem valoris et potestatis. Ad harum duarum consonantium naturam et vim refertur littera samscrdamica க்ஷ *kr.*, quae miro et indicibili modo solo gutture effertur, v. g. *Tvakr* தக்ஷ tactus. Huic literae similem nec in persico, aut alio alphabeto invenio. Non scripto, sed viva praeceptoris voce est pronunciatio illius ediscenda.

3. Tertia consonans est ங *ga*, et valet *g* germanicum, vel *gimel*, hebraicum, *g* nempe ante *a* positum, ut in latina voce

gaudium, *gustus*, et in verbo germanico *gehen*, Indostani eam scribunt ग *ga*; ग्ग *gga* litera filialis mox dictae consonantis *ga*, valet duplex *gg*: v. g. स्वर्ग्ग *svargga* caelum seu olympus gentilium, वर्ग्ग *vargga*, classis, species.

4. Quarta consonans est ग्घ *ggha*, praecedenti durior, cum vi aliqua et aspiratione prolata. Valet غ *gain* persicum, sed cum aspiratione et energia vocis prolatum: v. g. दीर्घसूत्र *dirghasútra*, homo iners, et tardus: Indostanis haec littera est घ *gha*.

5. Quinta consonans est ङ *nga* narina, quae Europaeis litteris haud exprimi potest. Effertur lingua retrorsum retracta, paullo inversa, et palatum leniter feriente, ita ut blesum et simul nasalem sonum edat. Respondet Indostanae ङ *nga*. Granthamicum ङ्ग *nngga*, quod raro occurrit, est duplex *nga*.

6. Sexta consonans च *cia*, valet *cia* romanum, aut *tscha* germanicum. च्च est duplicatum *cia*, vel *tscha*. Illa prima respondet Indostano च *cia*. Granthamicum च्छ *cchha* est *cia* seu *tscha* cum valida aspiratione.

7. Septima consonans est ज *gia* romanum, aut *dja* germanicum; rectius ج *gim* Arabum. Correspondet ज *gia* Indostano.

8. Octava consonans est ज्ज *tja* germanicum, aut rectius fortissimum ج *gim* arabicum, cujus natura nostris literis satis exprimi nequit. Valet Indostanum झ *giha* seu germanicum *tja*.

9. Nona consona est ञ *gna* Italicum, ore romano prolatum, sed cum aliquo narium ministerio. Valet Indostanum ञ *nghion*. Lusitani hanc literam per *nh*. satis recte enunciant, ut

conheço, *senhor*, *inhame*. Granthamicum ಙ್ಞ est duplex *ggna*, ore italico prolatum. Germani hanc literam nec scribere, nec satis recte pronunciare possunt.

10. Decima consonans est ಽ, et valet *t* latinum, mixtum cum litera *d*. Pronuntiatur inversa retrorum lingua, et palatum feriente, more viva Magistri ediscendo. Valet Indostanum ಠ, et Europaeis literis exprimi nequit.

11. Undecima consonans est ಢ *d*, mixtum literae *t*, seu quasi duplex *tt*; inversa, ut supradictum fuit, lingua, et palatum fortiter percutiente proferendum. Valet Indostanum ಠ, eodem modo pronunciandum, non autem ut *tha* contra dentes vibratum. Granthamica littera ಼ *tta*, quae decimae consonantis est filia, raro in libris samscrdamicis occurrit. Profertur lingua retrorsum retracta, inversa, et palatum majori vi feriente.

12. Duodecima consona ಌ est *da* grave, et quasi blesum, inflexa lingua proferendum. Valet Indostanum ಡ *da*.

13. Decimatertia est ಎ *dha* grave cum aliquo conatu et aspiratione promendum. Valet ಢ *dha* Indostanum.

14. Decimaquarta est ಣ *nna*, id est, quasi duplex *nn* proferendum. ಩ est quadruplex *nnnn*, et duplici majore vi pronunciandum. Illa prior valet Indostanum ಣ *na*, quod pariter cum aliquo narium ministerio efferri debet. Parum differt ab Arabum ن *nun*.

15. Decimaquinta est ತ *t* latinum, quod in medio et in fine dictionis valet *d* latinum. Quare in nominibus Samscrdamicis mihi solitum est eam scribere per litteram *d*, dum ea latinis litteris exaro; quod non fecit D. G. Jones, qui ubique hujus literae sonum et naturam per literam *t* exprimit. Valet Indostanum ತ *ta*.

Granthamicum ತ್ತ *tta* est duplex *tt*.

16. Decimasexta est ఠ *tha* latinum. Valet ठ *tha* Indostanum, et plusquam *Teth* ט hebraicum. Sunt qui eam literam duplici *tt* latino aequiparant.

17. Decimaseptima est డ *da* latinum, et ड *da* Indostanum.

18. Decimaoctava est ఢ *dha* cum quadam aspiratione prolatum; et valet ד *dh*, seu *daleth* hebraicum, aut ذ *dhal* Arabum. Granthamicum ఢ్ఢ *ddha* est litera ejusdem filialis majori vi prolata. Correspondet Indostano seu Devanagarico ढ्ढ *ddha*.

19. Decimanona est ణ, *na* blandum, more latino prolatum. Valet न, *na* Indostanum. ణ్ణ, *nna* est duplex *nn*.

20. Vigesima consona est ప, *p* latinum, quod valet प *pa* Indostanum. Effertur subinde ut *b* latinum.

21. Vigesimaprima est బ *ba*, seu ब *ba* Indostanum, quod semper valet *B* latinum.

22. Vigesima secunda est భ, *bha*, seu भ, *bha* Indostanum cum aspiratione proferendum.

23. Vigesimatertia est, మ, *ma*, seu *m* latinum, quod valet म, *ma*, seu *m* Indostanum. Granthamicum మ్మ *mma* est duplex *mm*.

24. Vigesimaquarta est య, *ja*, seu *jota* consonans Latinorum, valet य, *ja* Indostanum. Granthamicum య్య, *jja* est duplex *jj* latinum.

25. Vigesimaquinta est ర, *ra*, sen molle *r* Latinorum; valet र *ra* Indostanum.

26. Vigesimasexta est ల *la* seu *l* latinum, valet ल *la* Indo-

stanum. Granthamicum ഌ *lla* est duplex *ll*.

27. Vigesimaseptima est ഩ *va*, seu *v* latinum, et valet व *va* Indostanum. Granthamicum ഭ *vva* est duplex *vv* seu *w* Germanicum. Prima illa litera subinde profertur ut *b*, et haec pariter subinde ut *v*; quod etiam accidit inter Latinos: unde illa vetus epicuraea inscriptio Velitris in Museo Borgiano.

Balnea, vina, Venus mecum senuere per annos.
Haec ego si potui, sit mihi terra lebis.

28. Vigesimaoctava est ശ *scia*, seu ut Germani scribunt *scha* in voce *Schalen*, *Tischler*, *Schlagregen*. Valet Indostanum श *scia*, seu ش *scin* Arabum.

29. Vigesimanona est ഺ *sza*, quasi ex litera *s*, et *z* conflatum, et praecedenti consonante paulisper levius. Haec litera, ut et aliae plures, in Alphabeto Indostano P. *Cassiani Beligattii* desunt. Eam tamen proferunt Angli Calcuttenses in accuratiori suo Alphabeto Nagarico, edito in I. tomo pag. 13., et seq. in libro inscripto: *Asiatic Researches*. Eadem littera, multisque aliis a nobis relatis, caret Alphabetum *Hanscretanum* sive *Brachmanicum*, in tabula *Orbis eruditi Literaturam* repraesentante, a *Carolo Mortonio* editum anno 1759 Londini.

30. Trigesima consona samscrdamica est ഷ *sa*, seu *s* latinum, quod valet ष *sa* Indostanum. Granthamicum ഩ *ssa* est duplex *ss*.

31. Trigesimaprima, quae in libris samscrdamicis, characte-re granthamico conscriptis, raro se prodit, est ഌ *la* quoddam crassum, quod inflexa ad palatum lingua profertur.

32. Trigesimasecunda est ക്ഷ *kcia* romanum, seu *ksha* germanicum. Correspondet क्ष *kcia* Indostano, quod P. Cassianus non satis recte exprimit per *ciha*. Sic in voce Samscrdamica

ക്ഷത്രിയ *kshetria* vel *kcetria* rex, ratio habenda est literae *k* simul conjunctae cum literis *sh*, vel potius *cia* romano ore prolatis.

33. Trigesimatertia est റ *rra* asperum Malabaricum, quod in libris genuinis samscrdamicis non occurrit. Valet duplex *rr*.

34. Trigesimaquarta est റ റ *tt*, vel potius *dta*, quae compressis quasi dentibus, et lingua eos paulisper impetente est proferenda. Non est litera samscrdamica, sed ex superiori Malabarica composita, quam tamen heic afferre libuit, quod in libris mixto idiomate, id est, ex Malabarico et Samscrdamico sermone compositis, saepe numero afferatur: v. g. നെറ്റി *netti* frons.

35. Trigesimaquinta est ഫ *ppha*, seu *pph* forte latinum, non autem φ graecum, aut simplex *ph* latinum, nam in illa litera nulla nostrae literae *f*, vel *ph* ratio habetur, sed enunciari debet ut duplex *pp* cum impetu et aspiratione. Aequivalet Indostano ফ *ppha*: sic *pphala* fructus.

36. Trigesimasexta est ല *la* seu *l* lene; unde componitur ല്ല *lla*, seu duplex *ll*.

37. Trigesimaseptima est ഛ *ciha*, seu germanicum *tscha* quasi duplicatum cum aspiratione. Componitur ex litera ച *cia* seu *tscha*, et ഹ *h*, germanica.

38. Trigesimaoctava consona est modo dictum ഹ *h*, germanico ore prolatum. Aequivalet Indostano ह *ha*, et Arabum ح *h*.

Subinde occurrit in libris litera ഴ *za*, vel lenissimum *l*, cujus sonus scriptotenus doceri nequit. Indi, dum latinis elementis samscrdamica, aut Malabarica vocabula scribunt, eam supplent per literam *l*, v. g. കൊഴിക്കൊട്ട Còlicòtta *Calicut*, urbs, post *Kò* seu *Cò* istam postulat singularem literam. Hanc, quintam, octavam, nonam, decimam, undecimam, vigesimamnonam, tri-

gesimam primam, 32, 34tam, et 37mam Europaei homines perarò recte pronunciant. Organum linguae a teneris unguiculis hisce pronunciandis assuetum, aut millies repetitum idem vocabulum facilitatem affert haec exotica elementa rite proferendi, praesertim si viva magistri vox, et frequens loquendi usus accedat. (*)

SECTIO IV.

Divisio Litterarum consonantium.

Dividuntur elementa samscrdamica in duas classes, quarum prima vocatur *schánda* seu *sciánda*, altera vero *asciánda*, seu, ut Germanis scribere placet, *aschánda*.

Literae *sciánda* dictae illae sunt, quae una sola consonante cum addita, aut ingenita sibi vocali constant, qualis est v. g. ಕ *ka*; *asciánda* vero illae sunt, quae ex duabus consonantibus componuntur: v. g. ಕ್ರ *kra*. Literae *sciánda* Indis sunt *blandae* seu molles, a *sciándada* blandimentum, mollities; *asciánda* vero sunt

(*) Quicunque harum Samscrdamicarum Literarum numerum, sonum, qualitatem, potestatem, ac, si ita loqui licet, scythicam Ἐκφώνησιν, seu asperam pronuntiationem rite et diligenter expenderit, fateatur est necesse: illos eruditos viros immane quantum a vero aberrasse, qui samscrdamica literarum elementa, atque ipsam linguam a Graeco, vel a Chaldaico sermone primitùs dimanasse rabidè contenderunt. Plures certe heic samscrdamicae literae occurrunt, quarum sonum et valorem Graeci et Chaldaei neque suis litteris exprimere, nec sono vocis satis aeque reddere possunt. Non diffiteor Apollonium Thyanaeum Indicum regem *Taxila* graece allocutum fuisse; et ab aliquibus Indis *Homeri* carmina cantari potuisse, quod tradit. Dio Chrysost. *Orat.* 53, pag. 555 edit. Morell. 1604. Verum haec si vera sunt, ad Indi seu *Sindhu* fluminis ostia et ripas accidere, ubi Macedonici exercitus aliquae reliquiae remanserant, non autem in Indiae mediterraneis, non in urbe *Dèvanagari*, non ad *Gangem*, non denique ad juga montium *Ghattes*; ubi semper purus, et antiquus sermo Samscrdamicus floruit, et hodiedum in rebus lythurgicis viget. Confer Philostratum in vita *Apollonii* lib. 3, c. 2, Aelianum *var. hist.* lib. 12, c. 48, p. 230 edit. Scheffer. 1662, Lucianum in *fugit.* p. 369 edit. Amst. 1743. Ceterum hoc, quod asserimus, verba et nomina samscrdamica, eorumque casus et inflexiones infra luculentissime comprobabunt.

asperae, quia ex duabus consonis constant, et asperiori modo enunciantur.

Ad primam classem pertinent omnes consonantes simplices, seu radicales vocalibus conjunctae, quarum unum solum exemplum proferam in litera க, *ka*.

க Ka, கா Kā, கி Ki, கீ Kii seu Kī, கு Ku, கூ Kū, க்ரு Kru, க்ரூ Krū, கெ Kilu, கே Kilū, கை Ke, கை Kaï, vel Keï, கொ Kò, கௌ Kau, கம் Kam, கஃ Kah.

Quemadmodum in hac litera consonante *k*, per varios apices, signa, seu notas, quae vocales supplent, ordo et methodus vocales cum consonantibus uniendi ostenditur, ita omnes aliae simplices consonantes a nobis supra allatae per haec eadem signa et notas vocalibus conjungi, et syllabas efformare possunt. Hae simplices syllabae ex una sola consonante et vocali compositae vocantur *sciánda* seu *blandae*; et harum omnium formam edisce-re poteris ex mea grammatica samscrdamica, *pag.* 81, et 82 ubi inscribuntur: *Consonantes simplices vocalisatae*. Ad hanc grammaticam Lectorem saepe remittere oportet, ne easdem litteras heic identidem inutiliter appingamus, et praesens Grammatica nostra in immensum volumen excrescat.

Literarum *asciánda* dictarum numerantur quinque classes.

I. Classis consonantium *asciánda*, seu compositarum asperiorum est illa, quae complectitur consonantes *rectrices* literam *r* a tergo implexam per quamdam notam, quae a dextera ad laevam sursum versus producitur et pedi literae consonantis annectitur: sic க est simplex *k*, க்ர autem est *kra*: ubi vides literam *r* praecedenti literae *k* immediate annexam esse, atque ab hac regi. Quocirca haec litera *k* rectrix, *r* autem recta dicitur.

Harum consonantium compositarum classim descriptam habes in Grammatica samscrdamica *pag.* 83., et in Alphabeto Granthamico-Malabarico, seu Samscrdamico Romae edito 1772., *pag.*

53, quae ibi est *Classis II.* Omnes consonantes simplices, atque etiam ex duabus compositae hanc literam *r* post se admittunt: v. g. ന est simplex *s*, ന്ര est *sra*, et ന്ത്ര est *stra*; ubi vides literam *r* non solum simplicibus, sed etiam compositis consonantibus uno calami ductu implexam esse.

II. Classis est earum consonantium, quae subtus implexam habent literam ല *l*, quae pariter regitur a rectrice illa, cui subnectitur: v. g. ക est simplex *k*, et ക്ല est consonans *asciánda*, seu aspera *kla*. Sic scribe ക്ലീ ം ബ, *klímba* sexu carens, genus neutrum. Haec consonans *l* omnibus consonantibus subtus annecti potest: v. g. *kla*, *gla*, *sla*, *pla* &c. quam literarum seriem vide in praedicto Alphabeto Granthamico-Malabarico *pag.*55 classe III, vel in Grammatica Samscrdamica *pag.* 83. Notandum: quod omnes hae consonantes per signa et notas supradictas vocalibus omnibus uniri possint, ac proinde eadem ratione scribere queam *kli*, *gli*, *sli*, *pli*: *Klau*, *glau*, *slau*, *plau*: *Klo*, *glo*, *slo*, *plo*, &c.

III. Classis *asciánda* consonantium est earum, quae a tergo implexam habent notam ു, a laeva in dextram scribentis sursum productam, quae indicium est literae consonantis vigesimaequartae, nempe യ ja, seu *jota* latinum. Sic ക est *k* simplex, adde modo dictum signum erit ക്യ *kja*, vel *kya*, ut സൗന്ദ്യ8 *saumja* formositas; ubi vides literae *m* consonantem *j* additam et implexam esse.

Haec consonantium classis tradita fuit in Grammatica Samscrdamica *pag.* 84, et in Alphabeto Granthamico *pag.* 50 sub *Classe I.* Eadem figura consonantibus annexa recipit omnes vocales, quemadmodum de praecedenti classe dictum fuit: v. g. *Lja*, *kje*, *kjò*, *kju*, *kjau*; *Sja*, *sje*, *sjò*, *sju*, *sjau* &c.

IV. Classis implexam gerit literam വ *v*, a tergo consonanti annexam: v.g. ex ക *k* fit ക്വ *kva*, *kve*, *kvo*, *kvu*, *kvau* &c.

Vide in Grammatica Samscrdamica eamdem paginam *cit.*

V. Classis consonantium superimpositam gerit notam, quae literae ര *r* vices obit: v. g. ക്ക *kka* est duplex *kk*, cui si superimponas signum *r* erit ക്ക *rkka*. Vide in eadem Grammat. *p.* 84 *Consonantes Rectas per litteram r*, et in Alphabeto Granthamico pag. 59 *Classem V*. In his duobus locis reperies et alias permultas samscrdamicas literas, varios earum nexus, duplices et triplices consonantium figuras, quae dum ex tribus aut quatuor elementis conflatae sunt, *Púrnakschara* nuncupantur, a *Pùrna* plenus, et *akschara* litera; seu *literae plenae*, quod ex pluribus congestae et implexae sint. Ex quibus omnibus jam patet: elementa literarum granthamica seu samscrdamica pene infinita esse, ac proinde alphabetum samscrdamicum prius studiose perdiscendum esse, quam ad lectionem et grammaticam procedatur. Profecto R. P. Ildephonsus a Praesentatione octo millia samscrdamicarum literarum in suo manuscripto Alphabeto affert, quae omnes ex elementis a nobis allatis descendunt et componuntur. Nos heic radicales, et proxime ab iis descendentes descripsimus, quas si memoriae mandes, et diurna atque nocturna manu saepe describas, reliquas ex iis promanantes facile dignosces, et edisces. (*) Jam ad lectionis specimina procedamus.

SECTIO V.

Exempla Lectionis

രഥാശ്വഗജപത്തീനാംജലംപർവ്വതമാർഗ്ഗകെ
യന്ത്രാദിഭിച്ചയുദ്ധാർത്ഥസംഗ്രഹെയുദ്ധകൊവിദുഃ

Rath, āschva, gagia, pattínām, gelam, parvvada, mārggachè Iantrádibhi, scia, juddhártthe, samgrahe, juddha, còvidu.

(*) In commentariis Petropolitanis tom. III et IV vir apprimè eruditus Theophilus Sigefridus Bayerus in VII tabulis aeri incisis characteres exhibet *Dèvanagaricos* quamplurimos; R. P. Clemens a Jesu *Granthamicos* fere omnes in suo Alphabeto Malabarico-Samscrdamico, typis edito Romae anno 1772.

Exemplum secundum.

ജ ja qui, ദുർജ്ജം durnnajam injustitiam, കരോതി karòdi facit, സ sa ille, ധർമ്മം dharmmam virtutem, അനുശാസ്തി anuschasti, seu anusciasti docet.

Qui injustitiam facit, ille (alios) virtutem docet.

ക്ഷുൽ, തർഷ, വിവശ, ഭോഗജ, ന, രൊചതെ.

Kschul, tarsza, vivasha, bhògája, na, rociadè.

Fame *sitique oppresso* (homini) *venus non placet*. Ad literam melius vertes: *kschul* fame, *tarsza* siti, *vivascia* homini dejecto seu impotenti, *bhògăja* veneri (venus), *na* non, *rociadè* sapit. Verbum *rociade* regit Dativum, qui est *bhogàja*, veneri.

ക്ഷേത്രം ശ്ല, നഗരം ശ്ല, തരിം ശ്ല, മൊക്ഷധി, ഭരതി Kschètram cia, nagarimcia, tarimcia, mokschadhi, bharadi. Agros et, urbes et, naves et, caelestis sapientia, gubernat.

Ex his Lector jam perspicit in Alphabeto Samscrdamico quamplurimas dari literas peculiares, quae in classes a nobis allatas cogi non possunt: talis v. g. est litera ൽ *l* finalis, quae occurrit in voce *kschul* seu *ksciul* fames, in secundo exemplo exhibita. Talis etiam est ശ്ല *tscha* seu *scia* in voce *Kschetramcia*, *nagarimcia*, *tarimcia*. Quare heic annectendae sunt earum praecipuae, quas extravagantes duplices jure vocare possis.

ങ്ക *nka* seu *nga*, composita ex *n* et *k* leni.

ഞ്ച *ncia*, composita ex *n* et *cia*.

ണ്ഡ *nnda*, composita ex duplici *nn* et *d*.

ന്ത *nta* vel *nda*, composita ex *n* et *t* leni.

പ്പ *ppa* duplex pp.

മ്ബ *mba*, composita ex *m* et *b*, vel ex *n* et *b*.

mm, duplex *mm*.

jja, duplex *jota*.

r, finale sine *a*, ut in nostro *niger*.

lla, duplex *ll*, de quo supra.

wa, duplex *vv*.

sscia, duplex *scia* Italico-Romanum.

ssa, duplex *ss*.

ttha, compositum ex *t*, et *tha*.

hha Germanicum aut Arabicum, duplex *hh*.

kscha, seu *kscia*, compositum ex *k* et *scha*, seu 29 consonante *sz*, sed *scia* literae sonum habente. Vide 32 consonantem.

n, finale sine congenita sibi vocale *a*, ut in *Amen*.

l, finale sine *a*, ut in germanico *Himel*.

l, finale sine *a*, ut praecedens.

l, est quoddam *l*, Europaeis prorsus ignotum.

nu, compositum ex *n* et vocali *u*.

nnu, duplex *nu*.

m, vel *n* nasale sine vocali *a* congenita.

nda, composita ex *n* finali et *d*.

ende, composita ex iisdem, cum antecedenti nota vocalis *e*, seu signo *pulli*.

nnea, composita ex duplici *nn* et *k* leni.

ಜ್ಞ *nnma*, constat ex *nn* et *m*.

ಶ್ಚ *shtscha* seu *stcia*, composita ex *scia* et *cia*, seu *tscha*.

ಗ್ಧ *gdha*, constat ex *ga* et *dha*.

ತ್ನ *tna*, conflata ex *t* et *n*.

ಸ್ಥ *stha*, composita ex *s*, et *tha*.

ಸ್ತ *sta*, exsurgit ex *s* et *t*.

ಸ್ಪ *spa*, ex *s* et *p*.

ಸ್ವ *sva*, ex *s* et *v*.

ಸ್ಮ *sma*, ex *s* et *m*.

ಸ್ಕ *ska*, composita ex *s*, et k.

ದ್ಧ *ddha*, conflata ex *d* et *dha*.

ನ್ಧ *ndha*, ex *n* et *dha*.

ತ್ಮ *tma*, ex *t* et *m*.

ಪ್ಸ *psa*, composita ex *p* et *s*.

ಕ್ಷ *ksa*, conflata ex *k* et *s*.

ಘ್ನ *ghna*, constat ex *gha* et *n*.

ಗ್ನ *gna* ex *g* et *n*, germanico ore prolatis.

ಕ್ಕ್ರ *kr* seu *cr*, gutturalis Europaeis incognita.

ಹ್ನ *hna*, composita ex *h* et *n*.

ಪ್ತ *pta*, constat ex *p* et *t*.

ಷ್ಟ *shta*, composita ex 29, et 10 consonante.

 nnda, ex *nn* et *d*.

 ntdha, composita ex *nn* et 11 consonante.

 tsa, ex *t* et *s*, pronunciatur ut *lsa*.

 sna, composita ex *s* et *n*.

 stra, conflata ex *s*, *t*, et *r*.

 lbha, litera singularis ex *lbh*.

 dgna, ex *gia* et *gna* italico ore prolatis.

 kr seu *cr*, ex *k*, et *r*.

 gia, duplex *gia* seu *dja*.

 bda, ex *b* et *d*.

 bdha, ex *b* et *dha*.

 nda seu *nna*, ex *n* et *d*.

 pna, ex *p* et *n*.

 hma, ex *h* et *m*.

 nttha, ex *n*, *t*, et *tha*.

 kta, ex *k*, et *t*.

Simili modo et aliae pene infinitae literae componi possunt, cujus compositionis, et varietatis specimina dedimus quamplurima in nostra Grammatica Samscrdamica pag. 187., quae ibi diligenter sunt inspicienda. (*) Haec de litteris sufficiant.

(*) In Alphabeto *Amharico* Aethiopico pariter 33 consonantes per 7 vocales, et 20 dyphtongos moventur, junguntur, et varias syllabas efficiunt, ex quibus exsurgit Alphabetum 251 literarum.

CAPUT II.

De Nominum Declinationibus.

Nomen Samscrdamicè vocatur *Náma*.
Declinatio *Prádipadica*.
Numerus *Vaciana* seu *Vatschana*.
Casus *Vibhacti*.
Genus *Linga*.
Verbum *Dhádu*.
Quidquid est indeclinabile dicitur *avja*.
Constructio nominum et verborum vocatur *Anvaja*. (*)

Samscrdamica lingua tanta affluit declinationum copia, ut si-quis omnes in unum volumen ire cogeret, hoc Lectori ipsi perarduum et gravissimum onus accideret. Praecipuas itaque declinationes tradam, ad quarum lumen et normam reliquas exigere et accommodare haud erit difficile. Distinguuntur illae in declinationes *Agiandam* et *Halandam*: sicut ipsae Samscrdamicae literae, quarum naturam sequuntur, cum et illae in declinationes nominum in unam vocalium desinentium, et in declinationes nominum in consonantem exeuntium dividantur. Tot autem fere sont declinationes in genere Masculino, Feminino, et Neutro gradientes, quot sunt vocales et consonantes literae in Alphabeto Samscrdamico, exceptis paucis consonantibus, in quas nullum omnino desinit nomen Samscrdamicum. Hae itaque literae, in quas nullum exit nomen, *Aprasidha*, id est, *mutae* seu *occultae*, illae vero, quae nomina sortiuntur in se desinentia, *Prasidha*, hoc est, *manifestae*, et *apertae* dicuntur.

Risu et cachinnis excipiendi sunt, qui Samscrdamici sermonis ne umbram quidem viderunt, et a nobis completam perfectamque grammaticam Samscrdamicam postulant, tot nominibus, tot declinationibus, conjugationibus, adverbiis, tot ambagibus, tot regulis, et artificiis gravidam et refertam, ut ipsa fere sola cum sua Syntaxi decennale studium a solertissimo vi-

(*) Ars recte pronuntiandi dicitur *Shabdashàstra*. Ars recte scribendi, seu ortographia vocatur *Aksharashiksha*, vel *Lipishiksha*.

ro postulet. Admirabilis Diaboli calliditas veteres Philosophos *Brahmanes* ad hoc perduxit, ut linguam adornarent tam locupletem, et simul tam arduam, ut ejus opulentia et arduitate suae religionis dogmata et mysteria facile et commode etiam sagacibus viris abscondere, vulgusque caelare possent. Rebus itaque exploratis, praecipua dabimus majoris Grammaticae Brahmanicae, *vyàcarana* dictae, capita juxta methodum a nobis in nostra grammatica Romae anno 1790 edita prolatam. Reliqua studio et perquisitionibus relinquimus Eruditorum virorum, quibus si vacat et lubet, adire poterunt ipsum Brahmanicum fontem, Grammaticam dico, *Sidharúbam* et *Vjácarna* nuncupatam, in quibus duobus libris campum reperient, in quo per decennium sentibus evellendis operam navare poterunt, antequam fructus et flores ex eo carpere possint.

SECTIO I.

De Declinationibus nominum exeuntium in Vocales.

Numeri in quos declinatio distribuitur sunt tres, ut apud Graecos. Singularis *Egavaciana*, dualis *Dvivaciana*, pluralis *Behuvaciana* dictus. Genera pariter sunt tria: masculinum *Pullinga*, femininum *Strilinga*, neutrum *Napunsacam* nuncupatur. Casus sunt octo: unus Nominativus, unus Genitivus, duo Dativi diversi, unus Accusativus, unus Vocativus, tres Ablativi. Vocativus inter casus non numeratur, quia Nominativo semper similis est, et sola particula *Hè*, id est, *o* eidem praeponitur. Manent itaque septem casus, qui nuncupantur: *Prathama*, primus casus; *Dvidia* secundus casus; *Tridia* tertius, *Tciadrti* seu *Tschadrti* quartus; *Pantschami* seu *Panciami* quintus; *Schaschti* sextus; *Saptami* septimus. Ordo horum casuum a Graeco et Latino prorsus est diversus. En ordinem *Brahmanicum*, quem pervertere nefas ducimus, nisi totam Grammaticam pervertere velimus.

Nominativus *Prathamà* manet ut apud nos; et hunc immediate sequitur *Vocativus*, perditque dicyclos, seu duos circellos, puncta nempe correptionis *Visargga* dicta, quae Nominativo adhaerent.

Dvidia est noster Accusativus.
Tridia est noster Ablativus *causae*, *instrumenti*, *societatis*.
Tschadrti est Dativus *cui*, tamquam *fini*.
Pantschami est Ablativus *ex quo*, *prae quo*.
Sciashti est Genitivus et Dativus secundus.
Saptami est Ablativus quietis *in quo*, seu subjecti.

Exemplum Declinationis Nominum desinentium in *a* vocalem brevem generis masculini et neutrius.

Singularis.

1 Prathama, വൃക്ഷഃ arbor, *vrkscha*.

Sambhòdhana prathama, ഒഹ വൃക്ഷ, o arbor, *hè vrkscha*.

2 Dvidía, വൃക്ഷം *vrkscham*, arborem.

3 Tridía, വൃക്ഷേണ *vrkschénna*, cum arbore, causa, societate, instrumento.

4 Tschadrti, വൃക്ഷായ *vrkschája*, arbori tamquam fini.

5 Pantschami, വൃക്ഷാൽ *vrkschál*, ex arbore, prae arbore.

6 Sciashti, വൃക്ഷസ്യ *vrkschásya*, arboris, arbori.

7 Saptami, വൃക്ഷേ *vrkschè*, in arbore.

Primus itaque casus exit in ——— *a*
Secundus in ——— *am*
Tertius in ——— *éna* long.penul.
Quartus in ——— *áya* long.penul.
Quintus in ——— *ál* long.ult.
Sextus in ——— *sya*
Septimus in ——— *é*

Dualis.

1 വൃക്ഷൗ *vrkschau*, ambae arboress.

ഹെ വൃക്ഷൗ *hé vrkschau*, o ambae arbores.

2 വൃക്ഷൗ *vrkschau*, ambas arbores.

3 വൃക്ഷാഭ്യാം *vrkschábhyám*, ab arboribus, seu per ambas arbores; cum ambabus arboribus.

4 വൃക്ഷാഭ്യാം *vrkschábhyám*, ambabus arboribus ut *finibus*.

5 വൃക്ഷാഭ്യാം *vrkschábhyám*, ex ambabus arboribus, prae ambabus arboribus.

6 വൃക്ഷയോഃ *vrkschayò*, ambarum arborum, ambabus arboribus.

7 വൃക്ഷയോഃ *vrkschayò*, in ambabus arboribus.

Primus itaque dualis casus exit in ——— *au*
Secundus pariter in ——— *au*
Tertius in ——— *ábhyám*
Quartus et Quintus pariter in ——— *ábhyám*
Sextus et Septimus in ——— *ayò*

Pluralis.

1 വൃക്ഷാഃ *vrkschá*, arbores.

ഹെ വൃക്ഷാഃ *hé vrkschá*, o arbores.

2 വൃക്ഷാൻ *vrkschán*, arbores.

3 വൃക്ഷൈഃ *vrkschéy*, cum, per, ab arboribus.

4 വൃക്ഷേഭ്യഃ *vrkschébhya* arboribus, ut *finibus*.

5 വൃക്ഷേഭ്യഃ *vrkschébhya*, ex, prae arboribus.

6 വൃക്ഷാണാം *vrkschánnám*, arborum, arboribus.

7 വൃക്ഷേഷു *vrkschészu*, in arboribus.

Primus itaque Pluralis casus exit in — *á* longum
Secundus in ——— *án* longum

Tertius in ——————————— *éy* longum
Quartus) ——— ——————— (
et) (
Quintus) ——————————— (*ébhya* long. penul.
Sextus in ——————————— *ánnam* long.penul.
Septimus in ——————————— *észu* seu *éshu* long.

Confer Grammaticam nostram Samscrdamicam pag.91—95, ubi hi casus dilucide referuntur, et exemplis illustrantur.

Secundum Exemplum

Sing.		*Dualis.*	*Pluralis.*
Prathama,	Nátha.	Náthau, Domini.	Náthà, Domini.
	Hé nátha.	Hé náthau, o domini.	Hé náthà, o domini.
Dvidia,	Nátham.	Náthau, dominos.	Náthán, dominos.
Trídia,	Náthéna.	Náthábhyam. ——	Náthéy.
Tschadrti,	Nátháya.	Náthábhyam. ——	Náthébhya.
Pantschami,	Náthál.	Náthábhyam. ——	Náthébhya.
Schashti,	Náthasya.	Náthayò. ——	Náthánám.
Saptami,	Náthé.	Náthayò. ——	Náthéshu.

Excipiuntur ab hac regula *ubhau*, *ambo*, quod solo duali gaudet. Item *ubhaya* uterque; *kadara* qualis, *kadama* qualis; *satara*, *satama* talis; *anya* alius; *ítara* alius; *anyatara* alter; *sama* similis; *anyatama* alteruter; *síma* finis; *éga* unus: quae omnia pluralem faciunt in *é*, ut *sarva* omnis, *vishva* omnis.

Prathama, *sarva*. —— Plural. *sarvé* omnes.
Tschadrti, *sarvasmey*.
Pantschami, *sarvasmál*.
Schashti ——————— Plural. *sarvészám* omnium.
Saptami, *sarvasmin*.

Nomen itaque *sarva*, *vishva*, et reliqua in solo plurali in 1. casu discrepant, habent enim *sarvé*, *vishvé*, *kadaré*, *anyé*, *samé*, *anyatamé* etc. Differunt etiam in 4., et 5. casu numeri singularis; in sexto pluralis, et in septimo singularis. Dices igitur *sarvé nátha* omnes domini, *sarvészam náthánam* omnium dominorum, *sarvasmál vrkschál* ex omni arbore etc.

Nèma declinatur ut *sarva*, sed in primo casu, seu No-

minativo numeri pluralis admittit in fine *à* longum ut *nêmà*.

Pùrva antiquus vel praecipuus, *para* alius, alienus, *dakschinna* meridionalis, *uttara* septemtrionalis, *apara* vel *abara* occidentalis, *adhara* vilis, abjectus, inferior; *sva* suus, *andara* proprius, occultus, multiplex, sequuntur regulam generalem; sed recte declinari possunt etiam ut *sarva* omnis, excepto casu quarto num. sing., in quo solum recipiunt terminationem *asmey*, ut *pùrvasmei*, et non aliam. Ità pariter in numero plurali in sexto casu dicendum est *púrvészam*, antiquorum, vel antiquis.

Dvìdía secundus, *tridía* tertius in casu tertio, quarto, quinto, et septimo numeri singularis sequuntur regulam generalem, sed declinari possunt etiam ut *sarva*. Verum in sexto casu numeri pluralis admittunt solum terminationem in *ánám*, ut *náthánam*, *dvidiyánám*, *tridiyánam*.

Prathama primus, *tscharama* ultimus, *arddha* medius, *katibaya* quotus, *dvidaya* duplex, *trdaya* triplex in nominativo plurali admittunt terminationem in *à* longum, vel in *è* longum. In ceteris casibus declinantur ut *nátha*. Haec de *a* brevi, seu declinatione nominum in *a* breve masculinum desinentium.

A breve neutrum, *kunda* olla.

	Singularis.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	ಕುಂಡಂ Kundam.	Kundè *ollae*.	Kundáni *ollae*
	Hé Kunda.	Hé Kundé.	Hé Kundáni.
2	Kundam.	Kundé.	Kundáni.
	ollam,	*duas ollas*,	*plures ollas*.
3	Kundéna.	Kundábhyám.	Kundéy.
4	Kundáya.	Kundábhyám.	Kundébhya.
5	Kundál.	Kundábhyám.	Kundébhya.
6	Kundasya.	Kundayò.	Kundánam.
7	Kundé.	Kundayò.	Kundészu.

Ab hac generali regula excipiuntur *sarva*, omnis, *vishva* omnis, aliaque nonulla, quae triplex genus admittunt; eaque declinantur ut in genere masculino, excepto 1 casu, Vocativo, et 2 casu seu Accusativo, qui sequuntur *kundam*.

1 Casus	*Sarva*	*Sarvé*	*Sarvánni*
	omne.	omnia.	omnia.
	Hé sarva.	*hé sarvé.*	*hé Sarvánni.*
2	*Sarvam* omne.	*Sarvé* omnia.	*Sarvanni*, omnia.
3	Sarvénna.	Sarvábhyam.	Sarvéy.
4	Sarvasméy.	Sarvábhyám.	Sarvébhya.
5	Sarvasmàl.	Sarvábhyám.	Sarvébhya.
6	Sarvasya.	Sarvayò.	Sarvészám.
7	Sarvasmin.	Sarvayò.	Serveszu.

Vide exceptiones sub *Nátha*, et grammaticam Samscrdamicam *pag.* 96, et 97.

Nomina *kadara*, *itara*, *anya*, *anyatara*, *anyatama*, *kadama*, *yatará*, *yatama*, *tatara* masculina, quae desinunt in *visargga* seu in *a* longum duobus circellis notatum, mutant hos circellos in *l.* vel *d*, quod retinent in Nominativo, Vocativo, et Accusativo numeri singularis; et per has literas *l.* vel *d* fiunt neutra, ad distinctionem eorum quae exeunt in *a*, quae sunt masculina: V. g.

Kadara qualis; *kádaral* quale, vel *kadarad* quale. Haec nomina, quae tria genera admittunt, in nominativo, vocativo, et accusativo declinantur ut *kundam* in numero duali, et plurali, in reliquis vero casibus ut masculina.

1 Casus	Kadarad, *quale*.	Kadaré, *qualia*.	Kadaráni; *qualia*.
	Hé kadarad	Kadaré	Kadaráni.
2	Kadarad	Kadaré	Kadaráni.
3	Kadarénna.	Kadarábhyám.	Kadaréy.
4	Kadarasmey.)		
5	Kadarasmál.)	ut nomen *sarva* mox allatum.	
6	Kadarasya.)		
7	Kadarasmin.)		

Ubhé, ambo habet solum dualem, et declinatur ut *Kundè*.

A longum masculinum.

Sómabã seu *sòmapà*, cum *p.* leni, sacerdos, qui bibit *Sómam* seu succum ex herbis *Lunae* sacris expressum, qui bibitur in sacrificio *Sòmae* seu *Lunae*. Hunc succum Parsi *Hom*, Indi

Som, Graeci *Hom*, vel *Om*, et *Omom* corrupte appellant. (*)

	Singularis.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	Sòmabá.	Sòmabau.	Sòmabā.
	Hé Sámabà.	Hé Sómabau.	Hé Sòmabā.
2	Sòmabám.	Sòmabau.	Sòmaba.
3	Sòmabá.	Sòmabábhyám.	Sòmabábhi.
4	Sòmabé.	Sòmabábhyám.	Sòmabábhyā.
5	Sòmabā.	Sòmababhyám.	Sómabábhyā.
6	Sòmabā.	Sòmabò.	Sòmabám.
7	Sómabi.	Sòmabò.	Sòmabásu.

Quae accentibus notata sunt, ea pronunciando producuntur, et longae vocalis naturam habent.

I breve masculinum. *Kavi*, கவி *homo doctus*.

	Singularis.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	Kavi.	Kaví.	Kavayá.
	Hé Kavè.	Hé Kaví.	Hé Kávayá.
2	Kavim.	Kaví.	Kavìn.
3	Kaviná.	Kavibhyám.	Kavibhí.
4	Kavayé.	Kavibhyám.	Kavibhya.
5	Kavé.	Kavibhyám.	Kavibhya.
6	Kavé.	Kavyò.	Kavínám.
7	Kavau.	Kavyò.	Kaviszu.

Ita declinantur *aghni* ignis, *ghiri* mons, *ravi* sol, *manni* res pretiosa, sed in tertio casu numeri singularis, et in sexto pluralis duplicant litteram *n*, sic *ghirinhá*, *ghirinnám*. Excipitur *sakhi*, amicus.

	Sing.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	Sakha, amicus.	Sakháyau, amici.	Sakhàya, amici.
	Hé sakhé.	Hé Sakáyau.	Hé Sakháya.
2	Sakháyam.	Sakháyau.	Sakhín.
3	Sakhyá.	Sakhibhyám.	Sakhibhí.
4	Sakhyé.		Sakhibhyá.

(*) Videsis Plutarchum in libro de *Iside*, et Anquetili du Peron *Zend Avesta*.

5	Sakhyù.	Sakhibhyám.	Sakhibhyá.
6	Sakhyùr.	Sakhyò.	Sakhínám.
7	Sakhyau.	Sakhyò.	Sakhiszu.

Padi seu *pati* cum littera *t* leni, *dominus* et *maritus*, declinatur ut *Sakha* amicus; nempe in casu 3. *padyá*, in 4. *padyé*, in 5. *padyu*, in 6 *padyu*, in 7. *padyau*; sed in reliquis sequitur declinationem *Kavi*, nempe *Padi*, *padì*, *padayã* etc.

Dvi duo habet solum dualem; *tri* tres, et *kadi* quot, solum pluralem.

1	Dvau *duo*.	traya *tres*.	Kadi *quot*.
2	Dvau *duos*.	trín *tres*.	Kadin *quot*.
3)		tribhi.	Kadibhi.
4)	Dvábhyám.	tríbhya.	Kadibhya.
5)		tríbhya.	Kadibhya.
6	Dvayò.	trínnám.	Kádínám.
7	Dvayò.	triszu.	Kadiszu.

Videsis meam grammaticam Samscrdamicam pag. 98., ubi haec referuntur; et in magna Brahmanica grammatica haec ipsa nomina post *Igarándam Kavi sciabdam*.

I breve Neutrum. *Vári* aqua.

	Sing.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	Vári, *aqua*.	Várinní, *aquae*.	Várinni, *aquae*.
	Hé vári.	Hé Várinní.	Hé várínni.
2	Vári, *aquam*.	Várinní, *aquas*.	Várínni, *aquas*.
3	Várinná.	Váribhyám.	Váribhi.
4	Várinné.	Váribhyám.	Váribhya.
5	Várinna.	Váribhyám.	Váribhya.
6	Várinna.	Várinnò.	Várínnám.
7	Várinni.	Várinnò.	Váriszu.

Shuci purum in 1. et 2. casu sequitur *Vári*, in reliquis graditur ut *Kavi*, vel etiam ut *Vári*.

In legendo et scribendo serventur ubique accentus.

Asthi os, ossis, *dadhi* lac acidulum, *sakthi* junctura ossium, *akschi* oculus in 1. et 2. casu numeri singularis sequuntur *Vári*, in aliis casibus contrahunt duas ultimas syllabas.

3	Casus.	Asthná.	Dadhná.	Sakthná.	Akschná.
4	——	Asthné.	Dadhné.	Sakthné.	Akschné.
5	——	Asthna.	Dadhna.	Sakthna.	Akschna.
6	——	Asthna.	Dadhna.	Sakthna.	Akschna.
7	——	Asthini, vel Asthni;	Dadhini, vel dadhni;	Sakthini, vel Sakthni;	Akschini, vel Akschni.

In 6. casu dualis et pluralis faciunt: *asthnò*, *asthnàm*: reliqua ut *Vári*. Vide grammaticam Samscrdamicam *pag.* 99. —— Dvi *duo* neutrum.

Dualis, *dvé* duo.		Pluralis, *trínni* tria.	
1	Dvé.	1	Trínni.
2	Dvé.	2	Trínnì.
3)		3)	Tribhi.
4)	Dvâbhyâm.	4)	Tribhya.
5)		5)	
6)	Dvayò.	6	Trayánnám.
7)		7	Triszu.

I longum Masculinum: *Grámaní*, incola districtus, seu pagi Brahmanici.

	Singularis.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	Grámaní.	Grámanyau.	Grámanya.
	Hé grámaní.	Hé grámanyau.	Hé grámanya.
2	Grámanyam.	Grámanyau.	Grámanya.
3	Grámanyá.	Grámaníbhyám.	Grámaníbhi.
4	Grámanyé.	Grámaníbhyám.	Grámaníbhya.
5	Grámanya.	Grámaníbhyám.	Grámaníbhya.
6	Grámanya.	Grámanyò.	Grámanyám.
7	Grámanyàm.	Grámanyò.	Grámaníszu.

Sudhí vir doctus, boni ingenii, *sushrí* vir bonae famae, celebris, in 1. casu habet *sudhí*, *sudhîyau*, *sudhiyá*, et in 7. casu num. sing. dices *sudhiyi*, *sushriyi*. Cetera ut *grámaní*.

I longum Neutrum declinatur ut *vâri*, vel ut *grámaní* masculinum.

U breve Masculinum. *Káru* faber.

1 Káru, *faber*. Karú, *duo fabri*. kárava, *plures fabri*.

	Hé kárò.	Hé kárû.	Hé kárava.
2	Kárum.	Kárú.	Kárun.
3	Kárunnâ.	Kárubhyám.	Kárubhi.
4	Káravé.	Kárúbhyám.	Kárubhya.
5	Kárò.	Kárubhyám.	Kárubhya.
6	Kárò.	Kárvò.	Kárunnám.
7	Káraú.	Kárvò.	Káruszu.

Excipitur ab hac regula nomen *Krùshtu*, quod significat *Adibe*, Malabarice *Curuken*, animal orientale, ab Europaeis *Schakal* dictum. (*)

	Sing.	*Dualis.*	*Plur.*
1	Króshtá.	Króshtárau.	Króshtára.
	Hé króshtò.	Hé króshtárau.	Hé Króshtára.
2	Krùshtáram.	Króshtárau.	Króshten.
3	Króshtrá	Króshtu.	Króshtubhyám.
4	Króshtré, *et*	Króshtubhyám.	Króshtubhy.
	Króshtavè.	Króshtubhyám.	Króshtubhya.
5)	Króshtu, *et*	Króshtvò.	Króshtúnnam.
6)	Króshtò.		
7	Króshtari *et*	Króshtvò.	Króshtuszu.
	Króshtau.		

U breve Neutrum. *Trabu* (goma lacca) gummis a formicis congesta, ex qua cera sigillatoria.

	Sing.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	Trabu.	Trabunní.	Trabùnni.

Reliqui casus ut *Káru*.

Mrdu, blandum, res blanda, in tribus primis casibus declinatur ut *Vári*, in reliquis ut *Káru*, vel etiam ut *Vári*.

U longum Masculinum. *Khalapù*, valde laboriosus, diligentissimus vir.

1 Khalapù. Khalapau. Kalapvá. Reliqua ut *grámani*, seu ut *J* longum.

(*) Consule librum inscriptum: *Physiologus Syrus, seu Historia Animalium in S. Scriptura memoratorum, Syriace et Latine*. Vertit et illustravit *Olaus Gerhardus Tyschen*, Rostochii 1795. Item Zimmermanni *Zoologiam*.

Hac eadem ratione declinatur *kândalù*, arator.

Excipe *Svabhù*, qui per se existit, *Svayambhù*, idem, *pradibhù*, ex adverso sistens, inimicus; et alia composita ex *bhù*, quae sequenti methodo declinantur.

	Sing.		*Dualis.*		*Pluralis.*	
1	Pradibhù,	adver-	Pradibhuvau.		Pradibhuvà,	adver-
2	Pradibhum.	sa-	Pradibhuvau.		Pradibhuvam.	sato-
3	Pradibhùvá.	tor.	Pradibhùbhyám.		Pradibhùbhi.	res.
4	Pradibhùvé.		Pradibhúbyám.		Pradibhùbbhya.	
5	Pradibhuva.		Pradibhùbhyam.		Pradibhùbhya.	
6	Pradibhuva.		Pradibhuvò.		Pradibhuvám.	
7	Pradibhuvi.		Pradibhuvò.		Pradibhuszu.	

Consule grammaticam meam Samscrdamicam *pag.* 100., & 101.

U longum neutrum. *Khalapù* res diligens, declina *Khalapù Khalapuní*, *Khalapùni*, nempe ut *Vári* usque ad tertium casum. Ab hoc autem in reliquis omnibus declinabis juxta *Khalapù* masculinum, aut etiam juxta *Vári*.

Ru seu *ir* breve masculinum. *Kartr* factor, creator, dominus. (*)

1	Kartá.	Kartárau.	Kartára.
	Hé Karta.	Hé Kartárau.	Hé Kartára.
2	Kartáram.	Kartárau.	Kartrùn.
3	Kartrà.	Kartrubhyám.	Kartrubhi.
4	Kartré.	Kartrubhyám.	Kartrubhya.
5	Kartu.	Kartrubhyám.	Kartrubhya.

(*) Dictiones *Samscrdamicas* quamplurimas *Graecis* et *Latinis* affines esse, ostendimus in nostra Dissertatione *de Latini Sermonis Origine*, typis edita Romae 1802; quae doctè recensita fuit Lutetiae Parisiorum tom. V in diario Scientifico, in lucem prolato ab erudito viro A. L. Millin ad an. 1803 Eamdem affinitatem inter vocabula *Celtica* et *Samscrdamica* animadvertit Brigant. *Dètachemens de la langue primitive* par M. Le *Brigant* a Paris 1787 pag. 43. Res haec dubio caret, sed aequè certum est vocabula *Samscrdamica* a Brigantio allata, corrupta esse. Casta, puraque sunt nomina Samscrdamica *Kartr*, seu *Carir* creator, *pidr* pater, *màta* mater, *Dèva* Deus, et infinita alia, quae latinis affinia esse, facile perspicis.

6	Kartu.	Kartrò.	Kartrùnnám.
7	Kartari.	Kartrò.	Kartruszu.

Nomen *Pidr* seu *Pidá* pater, *Giamádr* seu *Giamádá* gener declinabis hoc modo.

1	Pidà.	Pidarau.	Pidara.
	Giamáda.	Giamádarau.	Giamádara.

Ita de reliquis casibus, qui non producunt in plurali syllabam *tá* seu *dá* ut producit nomen *Kartá*.

Nomen *Nr* seu *Ná* mas, quod huc spectat, paullo difficilius est, et heic recenseri debet.

	Singularis.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	Casus Ná *mas*.	Narau, *duo mares*.	Narà *mares*.
	Hé Nàh, *o mas.*	Hé Narau, *o duo mares*.	Hé Narà, *o mares*.
2	Naram, *marem*.	Narau, *duos mares.*	Nrun, *mares*.
3	Nrá, *cum mare, per marem, a mare*.	Nrbhyām.	Nrbhi.
4	Nré, *mari*.	Nrbhyám.	Nrbhya.
5	Nu, *prae mare, ex mare*.	Nrbhyám.	Nrbhya.
6	Nu, *maris, mari*.	Nrò.	Nrnnám.
7	Nri, *in mare*	Nrò.	Nrszu.

Ru breve neutrum. *Kartr*, quod facit, seu ens faciens, creans, dominans.

1	Kartr.	Kartrunni.	Kartrúnni.
2	Kartru.	Kartrunni.	Kartrúnni.
3	Kartrá, *et* Kartrunna.	Kartrubhyam.	Kartrubhi.

Reliqui casus declinantur ut in masculino.

O masculinum seu breve seu longum. *Gò* vacca, bos.

1	Gau, *vacca*.	Gávau, 2. *vaccae*.	Gáva, *plures vaccae*.
	Hé Gau.	Hé Gávau.	Hé Gává.
2	Gám.	Gávau.	Gáh.
3	Gavá.	Góbhyám.	Góbhi.
4	Gavé.	Góbhyám.	Góbhya.
5	Gò.	Góbhyám.	Góbhya.
6	Gò.	Gavò.	Gavám.
7	Gavi.	Gavò.	Gószu.

Ei vel *aj* masculinum. *Surey*, Dives; item, unus deorum.

1	Sura.	Suráyau.	Suráyã.
	Hé Surá.	Hé Surayau.	Hé Suráyã.
2	Suráyam.	Suráyau.	Suráya.
3	Suráya.	Surábhyám.	Surábhi.
4	Suráyé.	Surábhyám.	Surábhya.
5	Suráya.	Surábhyám.	Surábhya.
6	Suráya.	Suráyò.	Suráyám.
7	Suráy.	Suráyò.	Surásu.

Au masculinum. *Glau* luna.

1	Glau, *luna*.	Glávau.	Gláva, *lunae*.
2	Glávam.	Glávau.	Gláva.
3	Glává.	Glaubhyám.	Glaubhi.
4	Glávé.	Glaubhyám.	Glaubhya.
5	Glává.	Glaubhyám.	Glaubhya.
6	Gláva.	Glávò.	Glávám.
7	Glávi.	Glávò.	Glauszu.

Ei seu *aj* neutrum. *Adirei* medicina quaedam.

1	Adiri.	Adiriní.	Adiríni.
2	Adiri.	Adiríni.	Adiriní.
3	Adirinná.	Reliqui casus ut *Vári* sub littera *i*.	

Au neutrum, declinatur ut *trabu* sub littera *u* v. g.

1	Adinu.	Adinuní.	Adinúni.

2	Adinu.	Adinuní.	Adinúni.
3	Adinuhá.	Adinunábhyám.	Adinubhi.
4	Adinuné; et reliqua ut *Trabu*.		

Hae igitur sunt declinationes generis masculini et neutrius nominum desinentium in vocales. Superstites adhuc sunt declinationes nominum generis feminini desinentium in vocales. Quare sit primum exemplum.

A femininum breve *apprasidha*, id est, non datur nomen in *a* breve femininum desinens.

Sequuntur Feminina.

A longum femininum. *Giáyá*, seu *djáyá* uxor.

1	Giáya, *uxor*.	Giáyé, 2. *uxores*.	Giáyã, *plures uxores*.
	Hé Giáyé.	Hé Giáyé.	Hé giáyã.
2	Giáyám.	Giáyé.	Giáyã.
3	Giáyayá.	Giáyábhyám.	Giáyábhi.
4	Giáyáyey.	Giáyábhyám.	Giáyábhya.
5	Giayáyá.	Giáyábhyám.	Giáyábhya.
6	Giayáyá.	Giáyayò.	Giáyánám.
7	Giáyayam.	Giáyayò.	Giáyasu.

Hoc modo declinabis *shálá*, *málá*; et reliqua omnia feminiua in *a* longum desinentia.

Excipe *sarvá* omnis femininum, *vishvá* omnis, *ubhayá* utraque, *kadará*, *kadamá* qualis femininum, *sadará*, *sãtamá* talis femininum, *anyá*, *anyatará* alia, altera, *égá* una &c., quae tria genera admittunt; dum in feminino genere veniunt, differunt a masculinis in quatuor casibus numeri singularis, et in sexto casu numeri pluralis. En illos

4	Casus. Sarvasyei.	Sarvábhyám.	Sarvábhya.
5	Sarvasyá.	Sarvábhyám.	Sarvábhya.
6	Sarvasyá.	Sarvayò.	Sarvásám.
7	Sarvsyám.	Sarvayò.	Sarvásu.

Dvidiá secunda, *tridiá* tertia sequuntur declinationem nominis *sarvá*, vel etiam *giayá*, sed in sexto pluralis dices: *Dvidiyánam*, *Tridiyánám*.

Gerá seu *giará* senectus, canities, declinatur sequenti methodo;

1	Gerá.	Gerasau.	Gerasã.
	Hé Gerá.	Hé Gerasau.	Hé Gerasã.
2	Gerasam.	Gerasau.	Gerasã.
3	Gerasá.	Gerábhyám.	Gerábhi.
4	Gerasé.	Gerábhyám.	Gerábhya.
5	Gerasa.	Gerábhyam.	Gerábhyá.
6	Gerasa.	Gerasò.	Gerasám.
7	Gerasi.	Gerasò.	Gerásu.

I breve femininum. *Rusci* gustus, desiderium.

1	Rusci seu ruci.	Rucí.	Ruciyã.
	Hé Rucé.	Hé rucí.	Hé Ruciyã.
2	Rucim.	Rucí.	Rucí.
3	Ruciya.	Rucibhyám.	Rucibhi.
4	Ruciyeï, *et* Ruciyé.	Rucibhyám.	Rucibhya.
5	Ruciyá *et* Rucé.	Rucibhyám.	Rucibhya.
6	Rucé.	Ruciyò.	Rucínám.
7	Ruciyám. *et* Ruciau	Ruciyò.	Ruciszu.

Hoc modo declina *yupadi* juventula, *hani* projectrix, destructrix &c.

Nomen *dvi* duae femininum declina ut supra in neutro. 1. *Dvé*, 2. *dvé*, 3. 4. 5. *dvábhyám*, 6. 7. *dvayò*. Tri *tres*.

1. Tisrá tres feminae, 2. tisrá, 3. tisrubhi, 4. et 5. Tisrubhya, 6. Tisrunnám, 7. Tisruszu.

I longum femininum. *Kartrí* factrix, creatrix.

	Sing.	*Dual.*	*Plural.*
1	Kartrí.	Kartryau.	Kartryá.

2	Kartryam.	Kartryau.	Kartrí.
3	Kartryá.	Kartribhyám.	Kartríbhi.
4	Kartrey.	Kartribhyám.	Kartribhya.
5	Kartryá.	Kartribhyám.	Kartribhya.
6	Kartryá.	Kartryò.	Kartrínnám.
7	Kartryám.	Kartryò.	Kartríszu.

Ita declina *bhartrí* gubernatrix, directrix, *hartrí* destructrix, raptrix &c.

Bhavadí femina exsistens, *yádi* femina gradiens, pergens, eodem modo declinantur, sed in 2. casu num. sing. faciunt *bhavadím*, *yádím*, et in 6. pluralis faciunt *bhavadínam*, *yádínám*, cum uno solo *n*.

Lakshmi, uxor dei *Vishnu*, declinatur ut *Kartrí*, sed in 2. casu habet *Lakschim*, in 6. casu lakschmya, lákschmyò, lakschínnám, in 7. lakschmya, lakschmayò, lakschmíszu.

Shrí uxor Dei *Vishnu*, item femina celebris, dives, ab his differt.

1	Shrì.	Shriyau.	Shriyā.
2	Shrìyam.	Shriyau.	Shriyā.
3	Shrìya.	Shríbhyám.	Shríbhi.
4	Shrìyeï. *et* Shrìyé.	Shríbhyám.	Shríbhya.
5	Shríya.	Shribhyám.	Shríbhya.
6	Shriyá.	Shriyò.	Shrínnám.
7	Shriyám. *et* Shriyi.	Shríyò.	Shríszu.

Iuxta hoc ultimum nomen *shrí*, etiam declinabis *strí* mulier, excepto 2. casu, in quo dices hoc modo: *stríyam* vel *strím*, mulierem, *stríyau* duas mulieres, *stría* vel *strí* plures mulieres.

U breve femininum. *Tanu* corpus.

1	Tanu.	Tanùu.	Tanavā.
	Hé Tanu.	Hé Tanùu.	Hé Tanavā.
2	Tanum.	Tanù.	Tanuum.

3	Tanvá.	Tanubhyám.	Tanubhi.
4	Tanavé *et* Tanvé.	Tanubhyám.	Tanubhya.
5	Tanò *et* Tanvá.	Tanubhyám.	Tanubhya.
6	Tanò. *et* Tanvá.	Tanvò.	Tanùnám.
7	Tanau *et* Tanvám.	Tanvò.	Tanuszu.

Ita *raggiu* seu *radju* vimen, &c.

U longum femininum. *Gembù* certum arbustum, declinatur ut *kartrí* sub littera *i* longa.

1	Gembù.	Gembvau.	Gembvā &ci

Bhrù supercilium declina ut *shrí* femininum.

1	Bhrù.	Bhruvau.	Bhruvā.
2	Bhruvam.	Bhruvau.	Bhruvā.
3	Bhruvá.	Bhrubhyám.	Bhrubhi.
4	Bhruvei.	Bhrubhyám.	Bhrubhya.
5	Bhruvá.	Bhrubhyám.	Bhrubbyá.
6	Bhruva.	Bhruvò.	Bhrūvám et Bhrùnnám.
7	Bhruvam, *et* Bhruvi.	Bhruvò.	Bhruszu.

Ru seu *ir* breve femininum. *Mâdr* mater.

1	Mâdá seu Mátá.	Mâdarau.	Mádara.
2	Mâdaram.	Mâdarau.	Mádrù.
3	Mádrá.	Mádrubhyám.	Mádrubhi.
4	Mádré.	Mādrubhyám.	Mádrubhya.
5	Mádu.	Mádrubhyám.	Mádrubhya.
6	Mádu.	Mádrò.	Mátrùnnám.
7	Mádari.	Mádrò.	Mátruszu.

Ita declinatur *Pidr* seu *Pidá* Pater, sed est gen. masculini.

Vide meam grammaticam Samscrdamicam *pag.* 105.

Tschadasra nomen habet solum pluralem, nempe *quatuor feminae*.

Nanánr seu *nanáva* uxor fratris respectu sororis; *duhidr* seu *duhidá* filia; Germanis *Dochter*, *yátr* seu *yádá* uxor fratris respectu fratris, declinantur ut *Mádá*.

Svasr, seu *svasá* soror declinatur ut *kartru* seu *kartâ*. Vide *ru* breve masculinum. (*)

O breve et longum. *Gò* vacca.

1	Gò *vacca*.	Gávau.	Gáva, *vaccae*.
2	Gám.	Gávau.	Gâ.

Vide *o* masculinum, et declina ut ibi.

Ai vel *ay* femininum. *Rei* aurum.

1	Rá.	Ráyàu.	Ráya.
2	Ráyam.	Ráyau.	Ráya.
3	Ráyá.	Rábhyám.	Rábhi.

Declinabis ut *girá*.

Au femininum. *Nau* cymba, navis.

1	Nau, *navis*.	Náváu, 2. *naves*.	Nává, *naves*.
2	Návam, *navem*.	Návau.	Náva, *naves*.
3	Nává.	Naubhyám.	Naubhi.

Reliqua ut *glau* in masculinis.

(*) Habes hic iterum *mádr* seu *mátà* nomen affine latino *mater*, et Persico مادر *mader*, ac Germanico *muther*; Samscrdamicum *duhidr* filia, affine Persico *Dochhter* filia, et Germanico *Dochter* filia; Samcrdamicum *Svasr* soror, affine Germanico *Swester*. Quare merito linguam Samscrdamicam inter antiquissima, eaque primaeva gentium idiomata collocandam esse censeo.

CAPUT III.

SECTIO I.

De declinationibus nominum desinentium in consonantes.

Quemadmodum in nominibus desinentibus in vocalem nominativus seu primus casus differt a suo nomine radicali, v. g. *svasr* soror in nominativo habet *svasá*, *duhidr* filia in nominativo *duhidá*, ita pariter in nominibus desinentibus in consonantem nominativus, vocativus et accusativus numeri singularis discrepant a suo nomine radicali, v. g. *suvártsch*, quae ultima consonans est *cia* romanum, seu *tscha* germanicum, mutatur in nominativo in literam *g* consonam, fitque *suvárg*, homo facundus, *Rágen* rex mutat ultimam in *s*, et fit *rágia* rex. Illae igitur literae consonantes, quae in nominativo mutationem suscipiunt, et ex quibus aliae derivantur, *radicales* vocantur, illae vero quae in nominativo mutatae illi consonanti substituuntur *derivatae* nuncupantur. Consonantes igitur finales radicales sunt hae: *cia*, seu *tscha*, *t.*, *th.*, *d.*, *dh.*, *n.*, *gia* seu *dj.*, *p.*, *bh.*, *m.*, *r.*, *v.*, *sh.*, *sz.*, *s.*, *h.*

1 *Tsch*, seu *cia* mutatur in *k. g. ng.*
2 *t.*, *th.*, *dh.*, *d.*, mutatur in *l.*, et *d.*
3 *n.* mutatur in *ñ*.
4 *dj.*, seu *gia* mutatur in *k.*, *l.*, et *d.*
5 *p.* in femininis manet *p.*
6 *bh.* in femininis mutatur in *p.*, aut *b.*
7 *r.* accipit circellos duos seu visargga in fine.
8 *v.* mutatur in *au.*
9 *sh.* mutatur in *l.*, vel *d.*, aut *k.*, vel *g.*
10 *sz.* suscipit *l.*, et *d.*
11 *s.* litterae finali substituuntur duo circelli seu visargga.
12 *h.* mutatur in *k.*, vel *g.*, vel in *l.*, aut *d.*
13 *m.* mutatur in *n.*

Sit itaque prima declinatio consonantium radicalium, quam vide etiam in mea grammatica *pag.* 107.

Tschagáranda pullinga suvartscha shabda, id est, Nomina exeuntia in literam *tsch* seu *cia*, *suvartscha* facundus vocabulum.

Tsch. exeuntia, *suvartsch*, facundus.

	Sing.	*Dualis.*	*Pluralis.*
1	Suvàk, vel Suvàg	Suvachau.	Suvácia.
	Hé Suvák, vel	Suvàciau.	Hé Suvácia.
	Hé Suvàg.		
2	Suvátscham.	Suvátschau.	Suvátscha.
3	Suvàtschà.	Suvágbhyám.	Suvágbhi.
4	Suvátschè.	Suvágbhyám.	Suvágbhya.
5	Suvàtscha.	Suvágbhyám.	Suvágbhya.
6	Suvátscha.	Suvátschò.	Suvátschám.
7	Suvátschi.	Suvátschò.	Suvákshu.

Prátscha seu *prácia* oriens, res orientalis, differt in solo Nom., Vocat, et Accusativo.

1	Práng.	Prántschau.	Prántscha.
2	Prántscham.	Prántschau.	Prántscha.

Vocativus ut in Nominativo.

Pratyatsch occidens, *Nom.* Pratyang. Pratyantschau. Pratyantscha.

2	Pratyantscham.	Pratyantschau.	Pratítschá.
3	Pratitschá.	Pratyagbhyám.	Pratyagbhi &c.

Samyatscha veritas, eodem modo delinatur.

1	Samyang.	Samyantschau.	Samyantscha.
2	Samyantscham.	Samyantschau.	Samitschá &c.

Sadhryang, auxiliator.

Udatsch, fructus secuturus, Nom. *Udang*, fructus secuturus, Dualis *Udantschau*, Pluralis *Udantscha*, reliqua ut *pratyang*. Vide Grammaticam *pag.* 107., et 108.

Excipe ab hac regula *Tiryatsch* occultus, abscondite, furtivo gressu incedens.

1	Tiryang.	Tiryantschau.	Tiryantscha.
	Hè Tiryang.	Hè Tiryantschau.	Hè Tiryantscha.
2	Tiryantscham.	Tiryantschau.	Tiratsha.
3	Tiratschà.	Tiryàgbhyàm.	Tiryagbhi.
4	Tiratschè.	Tiryagbhyàm.	Tiryagbhya:
5	Tiratscha.		
6	Tiratscha.	Tiratschò.	Tiratschàm.
7	Tiratschi.	Tiratschò.	Tiryakschu.

Excipe secundo *Prang*, seu *pùgiá* cultus, honor, obsequium, sacrificium.

1	Prang.	Pràntscha.	Pràntscha.
3	Pràntscha.	Pràngbhyám.	Pràngbhi &c.

Haec de exeuntibus in consonantem *tsch*, sequitur declinatio terminantium in *t*, *d*, *th*.

II. Declinatio.

Marud, ex *Marul* ventus, juxta supradicta.

1	Marul, marud.	Marudau.	Maruda.
3	Marudà.	Marudbhyàm.	Marudbhi.
7	Marudi.	Marudò.	Marudsu.

Reliqua ut *Suvàg* in prima declinatione. Vide grammaticam, *pag.* 108.

Excipe ab hac regula nomina sequentia.

Mahal magnus, *bhavan* existens, *Bhagaván* sanctus, felix, *Agghaván* universalis, quae ita declinantur.

Nom.	Mahán *magnus*.	Mahandau *duo magni*.	Mahanda *magni*.
Acc.	Mahandam.	Mahandau.	Mahada.
Abl. 1	Mahada.	Mahadbhyám.	Mahadbhi.
Abl. 3	Mahadi.	Mahadò.	Mahadsu.

Bhavan, *Brhan* et reliqua supradicta declinantur ut *Mahan*.

Nom.	Bhavan.	Bhavandau.	Bhavanda.

Voc.	Hè Bhavan.	Hè Bhavandau.	Hè bhavanda.
Acc.	Bhavandam.	Bhavandau.	Bhavada.
Abl. 1	Bhavadà.	Bhavadbhyàm.	Bhavadbhi &c.

Ita pariter declinatur *dadal*, *dadhal*, *giakshal*.

Nom.	Dadada.	Dadadau.	Dadadà.
Voc.	(Hè Dadal.	Hè Dadadau.	Hè Dadadà.
	(Hè Dadada.		

Reliqua ut *Marul*: item feminina, v. g. *vidjul* fulgur, ut *Marul*. Vide Grammaticam, *pag.* 108.

Exeuntia in *th*, ut v.g. *Drdhimath*, ex lacte butyrum extrahens, *aghnimath* ignem eliciens, declinantur sequenti methodo.

1	Aghnimal, agnimada;	Agnimathau.	Aghnimatha.
2	Aghnimatham.	Aghnimathau.	Aghnimathà.
3	Aghnimathà.	Agnimadbhyam.	Aghnimadbhya.
7	Aghnimathi.	Agnimathò.	Agnimatsu.

Reliqua ut *Suvàk* supra in 1. declinatione.

Haec declinatio exeuntium in *th*, caret femininis nominibus.

Exeuntia in *d*. latinum, ut *Vèdavid* seu *Vèdavil* legem sciens, secundum dicta ab initio in sectione II., declinantur hoc modo:

1	Vèdavil, vèdavid,	Vèdavidau.	Vèdavida.
	Hè Vedavil.	ut supra.	
2	Vèdavidam.	Vèdavidau.	Vèdavida.
3	Vèdavidà.	Vèdavidbhyàm.	Vèdavidbhi.
4	Vèdavidè.	Vèdavidbhyàm.	Vèdavidbhya.
5	Védavida.		
6	Vèdavida.	Vèdavidò.	Vèdavidàm.
7	Vèdavidi.	Vèdavidò.	Vèdavitsu.

Excipe ab hac regula *Dvipàl* bipes, quod oritur ex *Dvipad*.

1	Dvipal.	Dvipàdau.	Dvipáda.
2	Dvipàdam.	Dvipàdau.	Dvipàda.

3	Dvipadà.	Dvipadbhyam.	Dvipadbhi.
7	Dvipadi.	Dvipadò.	Dvipàtsu.

N. B. Vocales quae accentu gaudent, omnes longae sunt.

Feminina nomina hujus declinationis, ut *Drszal*, ortum ex *drszad*, declinantur ut *Vèdavil*.

Tal *ille*, ortum ex *Tad*; *Jal qui*; Edal *iste*, ortum ex *Edad*; quae huc referuntur, ac exceptionem aliquam postulant, infra recensebuntur. Vide grammaticam, *pag.* 109.

Exeuntia in *dh.* litteram aspiratam, ut *Tatvabhudh* veritatis conscius, declinantur sequenti modo.

1	Tatvabhul.	Tatvabhudhau.	Tatvabhudha.
2	Tatvabhudham.	Tatvabhudhau.	Tatvabhudha.
3	Tatvabhudhà.	Tatvabhudbhyàm.	Tatvabhudbhi.
4	Tatvabhudhè.		Tatvabhudbhya.
5	Tatvabhudha.		
6	Tatvabhudha.	Tatvabhudhò.	Tatvabhudhám.
7	Tatvabhudhi.	Tatvabhudhò.	Tatvabhutsu.

Feminina hujus declinationis hoc eodem modo declinantur, v. g. *Samil*, *samidhau*, *samidha* &c.

III. Declinatio

Nomina exeuntia in *n.* consonantem, v. g. *Ràdjen* seu *ràgen* rex, *Pùszen* sol. Vide Grammaticam, *pag.* 110.

1	Ràdjà, pùszà.	Ràdjànau, pùszanau.	Rádjàna, pùszana.
Voc.	Hè Ràdjen.	Hè pùszen &c.	
2	Ràdjànam.	Ràdjànau.	Ràdjna seu ràgna, *reges*.
3	Ràdjnà.	Ràdjabhyàm.	Ràdjabhi.
4	Ràdjnè.		Ràdjabhya.
5	Ràdjna.		
6	Ràdjna.	Ràdjnò.	Rádjnàm, *regum*, *regibus*.
7	Ràdjni, vel Ràdjani.	Ràdjnò.	Ràdjasu, *in regibus*.

Brahmahan occisor *Brahmani* declinatur ut *Pùszen*, exceptis his casibus sequentibus.

1	Brahmahà.	Brahmahanau.	Brahmahana.
2	Brahmahanam.		
3	Brahmagghnà.	Brahmahabhyàm.	Brahmahabhi.
7	Brahmahani.	Brahmagghnò.	Brahmahasu.

Suparvan Divus pariter paulo abludit.

1	Suparvà.	Suparvànau.	Suparvànna.
	Hè Suparvan. (*)		
3	Suparvanna.	Supervabhyàm.	Suparvabhi.
7	Suparvani.	Suparvanò.	Suparvasu.

Huc pertinent *Shvà* canis, *yuva* juvenis, *magghavà* deus *Dèvendra*.

1 Shvà, yuvà, magghavà, *dualis* shvanau, yuvànau, magghavanau, *Pluralis* shvàna, yuvàna, magghavàna.

Voc. Hè shvan, hè yuvan, hè magghavan, &c. ut in Nominativo.

2 Shvànam, shvanau, shùna. *Canem, canes, canes*. yuvànam, yuvànau, yùna. *Juvenem, juvenes, juvenes*. magghavànam, magghavànau, magghòna.

3 Shunà, yùnà, magghòna; shvabhyàm, yuvàbhyàm, magghavàbhyàm; shvabhi, yuvabhi, magghavabhi.

4 Shunè, yùnè, magghònè, shvabhyàm, yuvàbhyàm, magghavabhyam, shvabhya, yuvabhya, magghavabhya.

5 Shuna, yuna, maggòna, &c. ut in casu quarto.

6 Shuna, yuna, magghòna; shunò, yunò, magghòno; shunàm, yùnàm, magghònàm:

7 Shuni, yùni, magghòni; shunò, yùnò, magghònò, shvasu, yuvasu, magghavasu.

Nomen *Arvan* declinatur ut *Mahàn*.

1	Arvà.	Arvandau.	Arvanda.
Voc.	Hè Arvan.		
3	Arvandà.	Arvadbhyàm.	Arvadbhi &c.

(*) Vacuum, quod in duali, et plurali in multis locis relictum est, denotat, casum dualis et pluralis spatii vacui eumdem esse cum casu dualis et pluralis immediate antecedenti, E. G. *Brahmahanau*, *Brahmahana* dualis et pluralis est primi casus, et hic ipse dualis et pluralis est secundi casus; ita pariter in nomine *suparvà*, aliisque supra descriptis.

Nomen *Pathin* seu *pantha* via excipitur:

1	Panthà.	Panthànau.	Panthàna.
Voc.	Hè Panthà.	Hè Panthànau.	Hè Panthàna.
2	Panthànam.	Panthànau.	Pathà.
3	Pathà.	Pathibhyàm.	Pathibhi.
4	Pathè:	Pathibhyàm.	Pathibhya.
5	Patha.		
6	Patha.	Pathò.	Pathàm.
7	Pathi.	Pathò.	Pathiszu.

Ita *Mathin*, *Irubhukshin*: sed *Karin* elepas differt.

1	Karì elephas.	Karinau.	Karinnà.
	Hè Karin.	Hè Karinau,	Hè Karinnà.
2	Karinam.	Karinau.	Karinnà.
3	Karinà.	Karibhyàm.	Karibhi.
4	Karinè:	Karibhyàm.	Karibhya.
5	Karina.		
6	Karina.	Karinò.	Karinàm.
7	Karini.	Karinò.	Kariszu.

Ita *shicharì* apex, pinaculum, *shichi* pavo, *patrì* avis, *sàdì* debilis, *vàgì*, et reliqua huc spectantia, quorum ultima radicalis est littera *n*, quae mutatur in *ì* longum. Vide Grammaticam, *pag.* 111.

Pantscha quinque, *ashda* octo, gaudent solo plurali.

1	Pantschan, pantscha.	Ashden, ashda.	Hoc eodem modo.
2	Pantscha.	Ashda, ashdau.	saptan, sapta, *septem*.
3	Pantschabhi.	Ashdabhi.	navan, nava, *novem*.
4	Pantschabhya.	Ashdabhya.	dashan, dasha, *decem*.
5	Pantschabya.	Ashdabhya.	
6	Pantschànàm.	Ashdànàm.	
7	Pantschasu.	Ashdasu.	

Feminina hujus declinationis sequuntur masculinum *Ràdja*, quod supra attulimus: sic *Sìmà* terminus, limes.

1	Sìmà.	Sìmànau.	Sìmànà.
3	Sìmnà.	Símabhyàm.	Sìmabhi &c.

IV. Declinatio.

Exeuntium in *gia* romanum, seu *dj*. Germanicum, sic *Bhiszakr* Medicus, ortum ex *Bhiszadj*.

1	Bhiszak,Bhiszag.	Bhiszadjau.	Bhiszadja.
2	Bhiszadjam.	Bhiszadjau.	Bhiszadja.
	Medicum.	Medicos.	Medicos.
7	Bhiszagi.	Bhiszadjò.	Bhiszakshu.

Reliqui casus omnes ut supra *Suvag*, facundus. Ita pariter *Genmabhacr* seu *genmabhàrg* familiam colens.

1	Genmabhacr.	Genmabhàdjau.	Genmabhàdja &c.

Excipe *Samràg* illustris vir, quod ita declinabis.

1	Samràg,samradh.	Samràdjau.	Samràdjà.
2	Samràdjam.	Samràdjau.	Samràdjà.
3	Samràdja.	Samràdhbhyàm.	Samràdhbhi.
4	Samràdjè.		Samràdhbhya.
5	Samràdja.		
6	Samràdja.	Samràdjò.	Samradjàm.
7	Smràgi.	Samràdjò.	Samràshsu.

Ita pariter differt *yung* conjungens, ortum ex *yudj*.

1	Yung, *jungens*.	Yudjau, *jungentes*.	Yudjà, *jungentes*.
2	Yudjam.		
3	Yudjà.	Yugbhyàm.	Yugbhi.
7	Yugi.	Yudjò.	Yukshu.

Feminina hujus declinationis declinantur ut supra *Bhiszak* seu *Bhiszag*, sic *Srak* collare, sertum.

1	Srak, srag.	Sradjau.	Sradja, sertum, serta, serta.

V. Declinatio.

Exeuntium in *P.*, ut *Ap* aqua, femininum, habet solum pluralem.

Nom.)		
Voc.)	Apa, *aquae*, *o aquae*, *aquas*.	
Acc.)		

Abl. 1	Albhi.
Dat. 1 *et Abl.* 2	Albhya.
Gen. et Dat. 2	Apàm.
Alb. 3	Apsu.

VI. Declinatio.

Exeuntium in *bh*, seu *b* aspiratum, quae habet sola feminina, ut *Kukub* ortum ex *Kucubh*, regio.

1	Kucub, et Cucup.	Kucubhau.	Kucubhà.
2	Kucubham.	Kucubhau.	Kucubhà.
3	Kucubhà.	Kucubbhyàm.	Kucubbhi.
7	Kucubhi.	Kucubhò.	Kucubsu.

VII. Declinatio.

Nominum exeuntium in consonantem *n*, ut *prashan* ortum ex *prasham* patiens, mansuetus, mitis.

1	Prashán.	Prashámau.	Prashàma. *Mitis, mites, mites.*
2	Prashámam.	Prashámau.	Prashàma.
3	Prashámà.	Prashán.	Prashán.
4	Prashámè.	Prashán.	Prashán.
5	Prashàma.	Prashán.	Prashan.
6	Prashàma.	Prashámò.	Prashámám.
7	Prashámi.	Prashámò.	Prashán.

VIII. Declinatio.

Nominum exeuntium in consonantem *R*, ut *Priatschatvà* sincerus amicus, ortum ex *Priatschadur*.

1	Priatschatvà.	Priatschatvàrau.	Priatschatvàra.
2	Priatschatvàram.	idem.	idem ut supra.
3	Priatschadurà.	Priatschadurbhyàm.	Priatschadurbhi.
4	Priatschadurè.	idem.	Priatschadurbhya.
5	Priatschadura.	idem.	idem.
6	Priatschadura.	Priatschadurò.	Priatschaduràm.
7	Priatschaduri.	Priatschadurò.	Priatschadurszu.

Tschatvàr quatuor habet solum pluralem.

1 Tschatvàr. 2 Tschatvar. 3 Tschadurbhi. 4 Tschadurbhya. 5 Tschadurbhya. 6 Tschadurnnàm. 7 Tschadurszu.

Feminina huj. declinationis, ut *Ghìr* verbum, *pùr* urbs sic declinabis.

1	Ghì. (*)	Ghirau.	Ghir. *verbum, verba, verba.*
2	Ghiram.	Ghirau.	Ghir.
3	Ghirà.	Ghìrbhyàm.	Ghìrbhi.
7	Ghiri.	Ghirò.	Ghirszu.

Ita *dhù* a *dhur* operatio. Dhù, dhurau, dhur, 3 dhurà, dhùrbhyàm, dùrbhi, 7 dhuri, dhurò, dhurszu.

Tschadasra quatuor feminae, ortum ex *Tschadasar*, habet solum pluralem.

1 (	Tschadasra.
2 (	
3	Tschadasrbhi.
4 (	Tschadasrbhya.
5 (	
6	Tschadasrnam.
7	Tschadasrszu.

IX. Declinatio.

Exeuntium in *v*, ut *sudiv*, bonus deus, bonum numen.

1	Sudyau.	Sudivau.	Sudiva.
2	Sudivam.		
3	Sudivà.	Sudubhyàm.	Sudubhi.
4	Sudivà.		Sudubhya.
5	Sudiva.		
6	Sudiva.	Sudivò.	Sudivàm.
7	Sudivi.	Sudivò.	Sudyuszu.

Ita pariter *djav* caelum, aer, firmamentum, sed est generis feminini. Vide Grammaticam, *pag.* 113.

(*) *Gi* scribunt Germani, et recte; est enim littera 3, id est, *ga* inter consonantes.

X. Declinatio.

Exeuntium in *sh*, ut *vil* homo ex familia seu tribu agricolarum, ortum ex *Vish*.

1	Vil, virdh.	Vishau.	Visha.
2	Visham.		
3	Vishà.	Vidhbhyàm.	Vidhbhi.
4	Vishè.	Vidhbhyàm.	Vidhbhya.
5	Visha.		
6	Visha.	Vishò.	Vishàm.
7	Vishi.	Vishò.	Vilsu.

Ita *Tàdrk*, ortum ex *Tàdarsh*.

1	Tàdrk.	Tadrshau.	Tadrsha.
2	Tadrsham.		
3	Tadrshà.	Tadrgbhyàm.	Tadrgbhi.
7	Tadrshi.	Tadrshò.	Tadrkshu.

Feminina, ut *Drk* oculus, declina ut *Tadrk*, ortum est ex *drsh*. Vide Grammat. *pag.* 113.

XI. Declinatio.

Nominum exeuntium in litteram *sz*, quae est vigesima nona in nostro Alphabeto, et distinguitur a XXVIII, quae est *scha*, vel *sh*, seu Italicum *scia*, de qua in superiori declinatione egimus. Haec declinatio inscribitur : *szacárándampullingam ratnamursza schabdam*.

Ratnamul fur gemmae, ortum ex *ratnamursza*.

1	Ratnamul, ratnamurdha.	Ratnamuszau.	Ratnamusza.
2	Ratnamuszam, *furem gemmae*.		
3	Ratnamuszà.	Ratnamudhbhyàm.	Ratnamudhbhi.
7	Ratnamuszi.	Ratnamuszò.	Ratnamulsu.

Reliqua ut *vil* in x declinatione.

Nomen *szal* sex habet solum pluralem.

1 Szal, szadh. 2 idem. 3 Szadhbhi. 4 Szadhbhya. 5 et 6 Szannàm vel szadhnàm. 7 Szalsu.

Feminina huj. declinationis, ut *Tvil*, eodem modo inceduot ut *Ratnamul*.

XII. Declinatio.

Exeuntium in consonantem *S* ut *Suvartsch* clarus, ortum ex *Suvartschas*.

1	Suvartscha.	Suvartschasau.	Suvartschasa.
2	Suvartschasam.		
3	Suvartschasà.	Suvartschòbhyàm.	Suvartschòbhi.
4	Suvartschasè.		Suvartschòbhya.
5	Suvartschasa.		
6	Suvartschasa.	Suvartschasò.	Suvartschasàm.
7	Suvartschasi.	Suvartschasò.	Suvartschassu.

Ita declinatur *Sumanas*, angelus &c.

Nomen *Shrèyan* praeclarus, valde bonus, ortum ex *Shrèyas* paullo differt.

1	Shrèyan.	Shrèyàmsau.	Shrèyamsa.
2	Shrèyamsam.		
3	Shrèyasà.	Shrèyòbhyàm.	Shrèyòbhi.
4	Shrèyasè.		Shrèyòbhya.
5	Shrèyasa.		
6	Shrèyasa.	Shrèyasò.	Shreyasàm.
7	Shreyasi.	Shrèyasò.	Shrèyāsu *et* Shreyasu.

Nomen *ushanà* venus planeta declinatur ut *suvartscha*, sed in vocativo habet *hè ushanen*, et in ablativo tertio seu casu septimo habet etiam *ushanàsu*.

Nomen *Pumàn* mas differt.

1	Pumàn.	Pumàmsau.	Pumàmsa.
2	Pumàmsa.		
3	Pumsà.	Pumbhyàm.	Pumbhi.
4	Pumsè.		Pumbhya.
5	Pumsa.		
6	Pumsa.	Pumsò.	Pumsàm.
7	Pumsi.	Pumsò.	Pumsu.

Ita *Vidvàn* vir sapiens, eruditus, differt.

1	Vidvàn.	Vidvàmsau.	Vidvamsa.

2	Vidvamsam.		Vidusza.
3	Viduszà.	Vidvadbhyàm.	Vidvadbhi.
4	Viduszè.	Vidvadbhyàm.	Vidvadbhya.
5	Vidusza.		
6	Vidusza.	Viduszò.	Viduszàm.
7	Viduszi.	Viduszò.	Vidvalsu.

Feminina huj. declinationis sequuntur nomen *Swvartscha* supra allatum.

XIII. Declinatio.

Nominum exeuntium in *h*, ut *Gòdhuc* vaccas mulgens, ortum ex *Gòdhuh*.

1	Gòdhuc,gòdhug.	Gòdhuhau.	Godhuha.
2	Gòdhuham.		
3	Gòdhuhà.	Gòdhugbhyàm.	Gòdhugbhi.
7	Gòdhuhi.	Gòdhuhò.	Gòdhukshu.

Shvalil canem lambens, ortum ex *Shvalih* excipitur, et declinatur ut *Vil*, in x declinatione.

1	Shvalil.	Shvalihau.	Shvaliha.
2	Shvaliham.		
3	Shvalihà.	Shvalidhbhyàm.	Shvalidhbhi &c.

Mitradhruc amicum offendens, ortum ex *Mitradhruh*:

		dualis.	*pluralis*.
1	Mitradhruc.		
et	Mitradhrul.	Mitradhruhau.	Mitradhruha.
2	Mitradhruham.		
3	Mitradhruhà, mitradhrugbhyàm, mitradhrugbhi, *vel* mitradhrudhbhyàm, mitradhrudhbi.		
7	Mitradhruhi, mitradhruhò, mitradhrukshu *vel* mitradhrulsu.		

Ita pariter differt *Anadvàn*, ortum ex *Anaduh*, Taurus.

1	Anadvàn.	Anaduhau.	Anaduha.
	Hè Anadven.		
2	Anaduham.	Anaduhau.	Anaduha.
3	Anaduhà.	Anadudbhyàm.	Anadudbhi.
7	Anaduhi.	Anaduhò.	Anadulsu.

Feminina huj. declinationis, ut *Ubànal* calceus, ortum ex *Ubànah*, fere sequuntur modo dictum *Anadvàn.*

1	Ubànal, ubànad.	Ubànahau.	Ubanaha.
	Hè Ubànal, hè ubanad.	Hè Ubanahau.	Hè Ubànaha.
2	Ubànaham, *calceum.*		
3	Ubànaha.	Ubànadbhyàm.	Ubànadbhi.
7	Ubànahi.	Ubànahò.	Ubànalsu.

Haec de masculinis et femininis exeuntibus in aliquam consonantem. (*)

NEUTRA.

Differunt in nominativis, vocativis et accusativis, qui casus fere semper sunt aequales et uniformes, in reliquis procedunt ut masculina. v. g.

I. Declinatio.

Exeuntium in *cia*, seu *tsch* germanicum, ut *pràg* plaga orientalis, ortum ex *pràtsch*.

		dualis.	*pluralis.*
1	Pràg, pràk.	Pràtschi.	Pràntschi.
2	idem.	idem.	idem.
3	Prătschà.	Pràgbhyàm.	Pràgbhi &c.

Ita declinatur quodcumque aliud neutrum terminans in *tsch*.

(*) Duo eruditi viri, qui meam grammaticam Samscrdamicam *Sidharùbam* inscriptam diligentius inspexerant, literis ad me datis conquesti sunt, quod eam necessitati hominum Europaeorum, hujus linguae studio incumbere volentium, non accommodaverim, et a methodo, qua europaeae grammaticae conscriptae sunt, longe discesserim. Volunt ergo hi viri, ut ego Indos europaeis caligis induam, et Europaeis hominibus rotundum ac patens vestis frustum, quo Indi femora tegunt, *vastra* dictum, accingam. Nomina quidem Samscrdamica cum latinis, graecisque in generibus et numeris conveniunt, sed terminationibus, casibus, declinandique ordine, methodo, et varietate ab illis longe abludunt. Pervertetur ergo genuinus Indicus linguae ordo, indoles Indicae Grammaticae suffocabitur, et rei alioquin implexae et intricatae immensum chaos affundetur. Quid aequi bonique accideret, si quis linguae arabicae rudimenta ad latinam graecamve methodum, indolem, et ordinem redigeret? Profecto nesciunt hi viri, linguis Orientalibus peculiarem genium et naturam inesse, quae nostris linguis adscribi, applicarique non potest.

II. Declinatio.

Exeuntium in *d*, seu *t*, lene, ut *shacral*, ortum ex *shacrd* stercus.

1 Shacral, shacrd, shacrdì, shacrandi.

ita declina *dadal*, *dadadì*, *dadandi*.

yàl yàdì, *yandi*.

Bhaval, *bhavadì*, *bhavandi*.

Reliqui casus ut in masculinis.

III. Declinatio.

Exeuntium in consonantem *n*, ut *Tscharman* pellis.

1	Tscharma.	Tscharmanì.	Tscharmàni.
Voc.	Hé Tscharman.		
2	Tscharma.		
3	Tscharmanà.	Tscharmàbhyàm.	Tscharmabhi &c.

Sàma sermo blandus, ortum ex *sàman* differt.

1	Sàma.	Sàmni.	Sàmanì.
	Hé Saman.		
3	Samnà.	Sàmabhyam.	Sámabhì.

Aha dies, ortum ex *ahan* differt.

1 2	Aha.	Ahanì *et* ahnì.	Ahàni.
3	Ahnà.	Ahòbhyàm.	Ahòbhi.
7	Ahni et ahani.	Ahnò.	Ahasu.

IV. Declinatio.

Exeuntium in *gia* seu *dj*. ut *Asrk* sanguis ortum ex *asrdj* seu *asrgia*. Vide litteram num. 7. in Alphabeto.

1	Asrk, Asrg.	Asrgi seu Asrdji.	Asrngi.
3	Asrgià.	Asrgbhyàm.	Asrgbhi &c.

V. Declinatio.

Exeuntium in *m*, ut *Kim*, quid quod, *idam* hoc. De his agemus infra.

VI. Declinatio.

Exeuntium in *r*, ut *và* aqua, ortum ex *Vàr*.

1) 2)	Và.	Vàrì.	Vàri.

Reliqua ut *ghì* in declinatione VIII, sed *và* semper manet longa.

Tschatuàr quatuor neutrum.

1)
2) Tschatvàri, 3 Tschadurbhi, 4 et 5 Tschadurbhya, 6 Tschadurnàm, 7 Tschadurszu.

VI. Declinatio.

Exeuntium in *s* finale, ut *Paya* lac, ortum ex *payas*.

1 et 2	Paya.	Payasì.	Payamsi.
3	Payasà.	Payòbhyàm.	Payòbhi.
7	Payasi.	Payasò.	Payassu &c.

Ita declinatur *Havì* butyrrum, ortum ex *Havis*.

1	Havi.	Haviszì.	Havimszi.
2	Havim.		
3	Havimszà.	Havòbhyàm.	Havòbhi.
4	Haviszi.	Haviszo.	Haviszu.

Aliae Litterae finales in neutris declinationes non admittunt, seu aliae neutrorum declinationes non dantur.

SECTIO II.

De Pronomine et Relativis.

1	Aham *ego*.	Avàm, *nos*,	Vayam *nos*.
2	Màm *et* mà,	Avàm, *et* nau;	Asmàn *et* na.
3	Mayà,	Avabhyàm,	Asmàbhi.
4	Mahya *et* mè;	Avábhyàm *et* nau;	Asmabhya *et* na.
5	Mal,	Avàbhyàm,	Asmal.
6	Mama *et* mè;	Avayò *et* nau;	Asmàcam *et* na.
7	May,	Avayò.	Asmàsu.
1	Tvam, *tu*	Yuvám, *vos*.	Yùyam. *vos*
2	Tvàm, *et* Tvà	Yuvàm, *et* vàm,	Yuszman *et* va.
3	Tvayà,	Yuvàbhyàm,	Yuszmabhi.
4	Tubhyam,	Yuvàbhyam,	Yuszmabhyam, *et* va.
5	Tval,	Yuvàbhyàm,	Yuszmal.
6	Tava, *et* Tè,	Yuvayo, *et* vàm.	Yusmàcam, *et* và.
7	Tvay,	Yuvayò,	Yusmàsu.

Notandum, quod *Aham* ego, et *Tvam* tu in praenotatis casibus dupliciter adhiberi possit, nempe in accusativo *Màm*, vel *mà*; ita et *Tvam*, et *tvà*, prout in compositione vel unum vel aliud melius congruit. Sit itaque.

2 Màm *vel* mà; avàm *vel* nau; asmàn *vel* nà; ita et de reliquis casibus supra jam indicatis.

Pronomen *Sa* ille.

1	Sa, ille	tau,	tè.
2	Tam,	tau,	tàn.
3	Tèna,	tàbhyàm,	tèy.
4	Tasmey,	tàbhyàm,	tèbhya.
5	Tasmàl,	tàbhyàm,	tèbhya.
6	Tasya,	tayò,	tèszàm.
7	Tasmin,	tayò,	tèszu.

Femininum *Sà* illa.

1	Sà,	te,	tá.
2	Tàm,	tè,	tá.
3	Tayá,	tábhyám,	tábhi.
4	Tasyei,	tábhyám,	tábhya.
5	Tasyá,	tábhyám,	tábhya.
6	Tasyá,	tayò,	tásám.
7	Tasyám,	tayò,	tásu.

Neutrum *tal* illud.

1	Tal, tè;	táni,	tal.
2	Tal, ta, te;	*dualis* tè,	*plural.* táni.
3	Tèna,	tábhyám,	tey.
4	Tasmey,	tábhyám,	tèbhya.
5	Tasmál,	tábhyám,	tèbhya.
6	Tasya,	tayò,	tèszám.
7	Tasmin,	tayò,	tèszu.

Ita declina *Sya*, dualis *tyau*, plur. *tyè*.

Tyam.	tyau,	tyán.
Tyèna,	tyábhyám,	tyeï &c.

Pronomen *Edal* seu *Esza* iste, ortum ex *èdad*.

1	Esza, iste	èdau,	èdè.
2	Edam,	èdau,	èdán.

3	Edèna,	èdábhyám,	èdèy.
4	Edasmey,	èdábhyàm,	èdèbhya.
5	Edasmál,	èdábhyám,	èdàbhya.
6	Edasya,	èdayò,	èdeszám.
7	Edasmin,	èdayò,	èdèszu.

Femininum *Eszà* ista, ortum ex *èdad*.

1	Eszá,	èdè,	èdá.
2	Edám,	èdè,	èdá.
3	Edayá,	èdábhyám,	èdábhi.
4	Edasyeï,	ádábhyám,	èdábhya.
5	Edasyá,	èdábhyám,	èdábhya.
6	Edasyá,	èdayò,	èdásám.
7	Fdasyám,	èdayò,	èdásu.

Neutrum *Edal* istud, ortum ex *èdad*.

1	Edal,	èdè,	èdánì.
2	Edal,	èdè,	èdáni.
3	Edèna,	èdábhyám,	èdey.
4	Edasmey,	èdábhyám,	èdèbhya.
5	Edasmál,	èdábhyám,	èdèbhya.
6	Edasya,	èdayò,	èdèszám.
7	Edasmin,	èdayò,	ádèszu.

Notandum, quod hoc pronomen *èdal* iste in omnibus generibus in accusativo seu 2 casu, in 3, in 6 et 7, praeter modo allatas terminationes etiam alias admittat. v. g.

2 Edam *vel* ènam; èdau *vel* ènau, èdán *vel* ènán
3 èdèna *vel* ènèna; hoc in singulari.
6 *et* 7 in duali èdayò *vel* ènayò.

Ita femininum *èszà* ista.

2	ènám,	ènè,	èná.
3	ènayá,	solum in singulari.	
6 7		ènayò, solum in duali.	

Ita neutrum *èdal* vel *ènèl* istud, ortum ex *èdad*.

		dual.	*plural.*
1 *et* 2	èdal *vel* enad, *vel* ènèl.	ènè,	ènáni.
3	ènèna, solum in singulari.		
6 *et* 7	ènayò, solum in duali.		

Pronomen *ayam* hic,

1	Ayam, hic	imau,	imè.
2	Imam *et* ènam;	imau, imàn	ènàn.
2	Anèna *et* ènèna;	àbhyàm,	èbhi.
4	Asmey,	àbhyàm,	èbhya.
5	Asmàl,	àbhyàm,	èbhya.
6	Asya,	anayò *et* ènayò,	èszàm.
7	Asmin,	anayò *et* ènayò,	èszu.

Femininum *iyam* haec.

1	Iyam, haec	imè,	imà.
2	Imàm, *et* ènàm,	imè *et* ènè,	imà *et* ènà.
3	Anayà,	àbhyàm,	àbhi.
4	Asyeï,	àbhyàm,	àbhya.
5	Asya,	àbhyàm,	àbhya.
6	Asya,	anayò *et* ènayò,	àsam.
7	Asya,	anayò *et* ènayò,	àsu.

Neutrum *idam* hoc.

1	Idam, hoc	imè,	imàni.
2	idam,	imè,	imàni.
3	Anèna,	àbhyàm,	èbhi.
4	Asmey,	àbhyàm,	èbhya, &c. ut mascul.

Pronomen *asau* iste, ortum ex *adass*.

1	Asau, iste	amù,	amì.
2	amum,	amù,	amùn.
3	amunà,	amùbhyám,	amìbhi.
4	amuszmey,	amùbhyám,	amìbhya.
5	Amuszmál,	amùbhyám,	amìbhya.
6	amuszya,	amuyò,	amìszám.
7	Amuszmin,	amuyò,	amìszu.

Femininum *asau*, ista.

1	Asau,	amù,	amù.
2	amum,	amù,	amù.
3	amuyá,	amubhyám,	amùbhi.
4	Amuszyeï,		amùbhya.
5	Amuszyá,		amùbhya.

6	amuszyá,	amuyò,	amùszám.
7	amuszyam,	amuyò,	amùszu.

Neutrum *ada* istud ortum ex *adass*.

1 *et* 2	Ada,	amù,	amùni.
3	Amuná,	amùbhyám,	amùbhi.

Reliqua ut in masculinó.

Relativum *Ka*, quis, *Kà* quae, *Kim* quid, quod, interrogando.

	Masculinum	Femininum,	Neutrum.
	1		
Sing.	Ka,	Ká,	Kim.
Dual.	Kau,	Kè,	Kè.
Plural.	Kè,	Káa,	Káni.
	2		
	Kam,	Kám,	Kim.
	Kau,	Kè,	Kè.
	Kán,	Káa,	Káni.
	3		
	Kèna,	Kayá,	Kèna.
	Kábhyám,	Kábhyám,	Kábhyám.
	Key,	Kábhi,	Key.
	4		
	Kasmey,	Kasyeï,	Kasmey.
	Kábhyám,	Kábhyám,	Kábhyám.
	Kèbhya,		
	5		
	Kasmál,	Kasyá,	Kasmál.
	Kábhyam,	Kábhyám,	Kábhyam.
	Kèbhya,	Kábhya,	Kèbhya.
	6		
	Kasya,	Kásyà,	Kasya.
	Kayò,	Kayò,	Kayò.
	Kèszám,	Kásám,	Kèszám.
	7		
	Kasmin,	Kasyám,	Kasmin.
	Kayò,	Kayò,	Kayò.
	Kèszu,	Kásu,	Kèszu.

Hoc eodem modo declinabis *ya* qui, *yà* quae, *yal* seu *yad* quod relativum.

1 ya *qui*,	yà *quae*,	yal *quod*.
2 yam *quem*,	yám *quam*,	yal *quod*.
Dualis yau,	yè	yè.
Plural. yán,	yáa,	yáni etc.

Exempla casus illustrantia.

I. Vrkschèna dvirado hada, *per arborem*, nempe ut caussam, vel instrumentum, *occisus elephas*. Vide declinationem nominis *vrksha*, *arbor* Sect. I in declinatione nominum exeuntium in *a* vocalem brevem, inveniesque *vrkschèna* in casu 3, qui est noster ablativus caussae, societatis, et instrumenti. *Hada* occisus.

II. *Vrkschàl padidam*, res ex arbore lapsa. Est ablativus noster absolutus, tamquam rem ex termino suo lapsam denotans, qui apud Brahmanes est casus quintus.

III. *Vrkschèna sahida*, cum arbore conjunctus; est ablativus societatis seu casus tertius Brahmanicus.

IV. *Nàthèna krìyadè*, a Domino fit: est ablativus causae, seu casus tertius.

V. *Nàthàyà namà*, Domino adoratio. Est dativus noster cui, vel commodi, ut v. g. *Nàthàya gàm dadàti*, domino vaccam dat.

VI. *Mòkschàya dharmam bhagiadè*, ad litteram: *gloriae virtutem sequitur*, id est, propter gloriam sequitur virtutem; ubi vides dativum *cui*, tamquam *fini*, nempe *gloriae*; qui est casus IV Brahmanicus.

VII. *Vrkschàl prabhavandi puszpàni*, ex arbore nascuntur flores; ubi elucet ablativus causae, vel originis. Sic *aghnè* igne seu ex igne, *ruszna* calor, *giayadè* nascitur.

VIII. *Tasmàl param mahàn*, illo valde major, ad litteram: *illo valde magnus*; ubi percipis ablativum nostrum simplicem, seu quintum casum Brahmanicum *tasmàl* illo, super illum, quod usuvenit in comparativis.

IX. *Aagàshè pakschi tscharadi*, in aere circumit avis; ubi vides ablativum loci seu quietis. Sic *vanè vrkscha tisztadi*,

vanè *in Sylva*, vrkscha *arbor*, tisztadi *stat*. Est casus 7. Ita pariter *Udayadì* oriente, *bhàsvadì* sole, *giàda* natus, *putra* filius.

X. *Mànuszèszu shùratama*, in hominibus generosissimus; est ablativus 3. Brahmanicus, seu casus septimus, qui valet nostrum genitivum conjunctum superlativo, nempe *hominum generarissimus*, vel inter homines generosissimus.

XI. *Dèvàbhya àdya*, ex Divis primus: est casus quintus ex arboribus, præ arboribus; vide I declinationem: aequivalet latino: *inter Divos primus*. Prosequitur eadem lectio: *Tava* tuo *darshanèna* conspectu, tuis oculis, *samasta* omnia, *durida* peccata, *kschayam* exstinctionem, *pragen* afferens generans. Id est, *Dèvàbhya àdya tava darshanèna samasta durida kschayam pragen*. Ex Divis antesignane Tu (nempe Deus *Shiva*), tuo aspectu, tuis oculis omnium peccatorum exstinctionem afferens. In libro *Judhishtiravìgèa*.

XII. *Tàmasàm* ignorantiarum, obscuritatum, tenebrarum, *astamayàya* destructori, occisori, *tè* tibi, *sadà* semper, *namà* adoratio. *Nàghèshànàm* deorum, proprie caeli dominorum, *vasìdìm* habitaculum, *sa* ille, ipse, *pràval* obtinuit, adeptus est. Ibidem. Vide meam Grammaticam Samscrd. *pag.* 116 et 117.

SECTIO III.

De Generibus.

Genus masculinum apud Brahmanes vocatur *Pullinga*, femininum *Strilinga*, neutrum *Nabunsaga*, vel etiam *Klìbè* sexu carens. In Dictionario *Amarasinha* notatur uniuscujusque nominis genus per haec verba, *Nà*, vir, mas; *Strì* femina; *Kli* seu *Klìbè* sexu carens, neutrum. Ex hoc igitur libro generum cognitio est haurienda. Niholominus cum P. I. E. Hanxleden generatim observandum esse censemus, nomina maribus propria, Solis, Lunae, Deorum atque ipsis oppositorum malorum geniorum, quos *Asur* vocant, gloriae caelestis, sacrificiorum, uubium, maris, arborum, temporis, gladii, sagittarum, inimicorum masculina esse, nisi aperte excipiantur in ipso *Amarasinha*. v. g.

Gagana
Ananda
Surapatma
Gham
Vial
Vishnupada
Aagasha
Vihàya. *Nà*.

Haec omnia significant *Caelum* seu *firmamentum*, et omnia sunt generis masculini; quod exprimitur per *nà*, id est, *mas*.

Bràhmi
Bhàradì.
Bhàszà.
Ghì.
Vakrvànì.
Sarasvadì. *strì*

Haec omnia significant deam *Sarâsvadì*, eloquentiae et historiae praesidem; et sunt generis feminini, quod denotat vocabulum *strì*, femina.

Tschittam,
Tschèdam,
Hrdayam,
Svàndam,
Mànasam,
Mana. *Kli*.

Haec omnia significant *voluntatem*, et sunt generis neutrius, quod indicat vocabulum *Kli*.

Ad *masculina* referuntur nomina brachii, labiorum, dentium, manuum, crinium, unguium, uberum.

Ad eadem accedunt nomina desinentia in *ahna*, in *aha*, in *ràtra*; omnia nomina *venenorum*, et ea quae carent significatione *numeri*, ut *pùrvaràtra* nox praecedens. *Pantscharàtra* quinta nox, &c. Numerum indicantia sunt neutra.

Masculina sunt nomina *bituminum* et *gummi arborum*, ut *thus*, excepto *djadu*, gomma lacca.

Desinentia in *as* et *an* radicalia masculina sunt, ut *Tschandramà*, *anghirà*, *mùrdha*, *ukschà*, *takscha*.

Desinentia in *ru*, ut *tscharu*; excepto *kashèru*.

Desinentia in *tu* vel *du*, ut *hèdu*, *mandu*, *lèdu*, excepto *mastu* mel, et *djadu*, quae neutra sunt.

Desinentia in litteram *c* seu k, *sz*, *n*, *bh*, *m*, r., ut *lòc*, *gunn*, *garbh*, *yàm*, *bhrangar*, in his enim ultima littera *a*

corripitur per *visarggha* seu dicyclos ः, qui aufferunt sonum ultimae litterae *a*, qui alias semper enunciari debet.

Masculina etiam sunt desinentia in *p.*, *th*, *n* simplex, *y*, *s*, *dd*, quae est littera *decîma* in Alphabeto: sic *dìp*, *arth*, *în*, *cadd*, *kschetriya*, *ras*, &c., in his enim declinandis in 1. casu iterum corripitur ultimum *a*, quod natura sua congenitum habent.

Masculina sunt nomina propria familiarum ut *Càshyapa*, *Bhàradvadja*; item nomina *pedem* significantia ut *pad*; nomina ex verbis orta et actionem aliquam indicantia, ut *pàc* coctio, *tyàg*, donatio, abdicatio; item nomina passionem notantia, et in *a* desinentia, ut *prasàda*, hilaritas; *pravèsha* introitus, ingressio; *tòda* dolor; *svapna* somnus; *geya* victoria; *tara*, *gara*, *nyàda*, *nyàya* &c.

Masculinis accensentur nomina desinentia in *athu*, ut *shvayathu*, *davathu*, &c. Item agentem alicujus rei indicantia, ut *ramanna* jocans, joculator lasciviens; *nandana* hilaris, gaudens; *samkarszana* opprimens, prostrans.

Denique masculina sunt *padaca*, *anuvàça*, *rallaca*, *cudhungaca*, *punggha*, *njunggha*, *mulga*, *vidda*, *patta*, *dhadda*, et alia usu addiscenda.

Feminina

I. Feminina sunt quae desinunt in *i* et *u* longum; item nomina propria feminarum, ut *Sìdà*.

II. Femininis accensentur nomina *fulgur*, *noctem*, *ramos arboris*, *bestias repentes*, *cytharas*, *regiones*, *terras*, *et rivos* significantia.

III. Nomina desinentia in *tà* seu *dà* et *yà* multitudinem significantia, ut *ashvadà* multitudo, turma equorum; *dhùmyà* copia fumi vel atomorum; *rathyà* multitudo carpentorum bellicorum; quod nomen oritur ex *ratha* currus.

IV. Desinentia in *ani*, in *di* vel *ti*, in *ni*, in *ù*, in *ì* longum feminina sunt, ut *hrdi*, *crdi*, *acaranni*, &c.

V. Desinentia in *ddà*, *dhà*, *tschà*, *djà*, et fere omnia

in *a* longum exeuntia, ac ad primam femininorum declinationem spectantia, ut *Ràma*, *djàyà* &c., Sed cumprimis feminam indicantia ut *vàmà*, *yòszà*, *abalà*, *mahilà*, *pramadà*, *càndà*, *còbanà*, *uttamà*, *bhàryà*, *dàrà*, *madhyamà*, *canyà*, et alia quae varias feminarum species, et proprietates significant.

Neutra.

I. Sunt nomina aeris, silvarum, foliorum, specuum et antrorum, nubium, nebularum, aquae, frigoris, coloris, carnis, sanguinis, faciei, oculorum, fortitudinis, jugi, auri, ferri, tristitiae, laetitiae, bonitatis, malitiae, florum, salis, necis, pugnae, et alia usu ediscenda.

II. Desinentia in *as*, *is*, *us*, ut *yash* ortum ex *yashas*, *tscharu*, *vapu*, &c. Item desinentia in *am* in Nominativo, ut *Tschittam*, *tschèdam* voluntas. Item desinentia in *a* breve, et spectantia ad declinationes *neutrorum* exeuntium in *tsch*, *d*, *n*, *dj*, *r*, *s*, de quibus supra in neutris. Confer Grammaticam Samscrdamicam a pag. 118—ad 120.

Communia.

Lingua Samscrdamica non habet genus commune, sed omnia nomina distinguuntur in masculina, feminina, et neutra. V. g. *Sarva*, *omnis* apud latinos commune mari, et feminae, contradistinguitur per sua genera.

Masc.	Femin.	Neut.
Nom. *Sarva*,	*Sarvà* cum ultima longa,	*Sarvam*.

Ita *sama* similis; *cadara* et *cadama* qualis; *sadara* et *sadama* talis, *vishva* omnis, *dahschina* australis, *uttara* borealis, *abara* seu *apara* occidentalis, *adhara* inferior, vilis; *andara* proprius, occultus, multiplex, et alia quoad genera distinguuntur; et quidem masculinum per *a* breve, femininum per *à* longum, neutrum per *m.* finale, quo correpto in Nominativo, fit *sarva*, seu *a* breve neutrum, quod vide supra.

SECTIO IV.

De compositione adverbiorum, quam Brahmanes Avyaijbhàva *vocant.*

Sunt in lingua Samscrdamica certa adverbia et praepositiones, quae dum nominibus junguntur, ea quasi adverbia reddunt, et in suam indolem transferunt. Ea sunt *uba* seu *upa*, *sam*, *pradi*, *pràdu*, *pashvàl*, *yathà*, *ati* seu *adi*, *anu*, *sa*, *adhi*, *ava*, *andar*, *yàval*. Haec omnia nominibus praeponi, et cum eis connecti possunt, v. g. *uba* prope, junge cum *cumbham* vas, erit *ubacumbham*, res vasi vicina, aliquid vasi vicinum, proximum, seu res prope vas. *Ubaràdjàm* proximum regi; *ubadisham* proximum regioni, *ubahrdam* proximum cordi; *ubasharadam* anno proximum; *ubànadhuham* proximum bovi; *ubatscharma*, proximum pelli; *ubanadì* fluvio proximum.

Ita *pràdu* foris, junge cum *bhudam* exstitit, fuit, fiet que *pràdurbhudam* declaratum, manifestum, res foras missa. *Pràdurbhavam* quod apparet res visibilis, apparens.

Sam significat simul, et excessum, incrementum rei, sic, *rdhi* incrementum, *samrdhi* magnum incrementum, *madam* luxuria, *sammadam* magna luxuria, consensus.

Pradi contra, adversus, reciproce, sic *pakscham* affectus, *pradipakscham* contrarietas; inimicitia, discordia; *pradishrudam* res consensu probata, reciproco consensu admissa; *pradishta* contrastans, ex adverso stans.

Pashvàl, *pashvàda*, retro, a latere, *pashvàdavastaij* retrostans, *pashvavarti* retro gradiens, comes, satelles, *pashvimà* occidens.

Tathà, conformiter, juxta, *yathavidhi* juxta regulam; *yathàcàmam* juxta desiderium; *yathàbaràdham* juxta culpam, pro merito culpae, conformiter ad culpam; *yathàcàlam* pro tempore, pro temporis circumstantiis, *yathàshakti* pro viribus.

Adhi et *adi* multum, valde, *adishìdam* magnum frigus, *adhicramam*, magnus excessus, magna crudelitas.

Anu post, *anusaranam* sequela, comitiva, satellitium, postitio, item obedientia. *Anuvartanam* obedientia, *anuvàdam* permissio, annutus, facultas, &c.

Ana et *aba* aliquoties contraponuntur, ut *ubabhògyasyànubhògyam* primò delibandum, postea bibendum seu gustandum.

Sa, *sam* significat conjunctionem seu simul. *Sakschatram* cum hominibus ex Tribu regia, quae vocatur kschetria. *Samsargga* conjunctio, copula, vinculum, *samvàsam* contubernium, *samshravam* consensus, *Sàghni* cum igne, *samòdam* cum laetitia.

Adhi subinde denotat *in*. *Adhinadam* in fluvio, *adhivànam* in silva, *adhivàsam* in domo.

Andar denotat *intus*, *in*, sic *andarvannam* in silva, *andargenam* homines qui sunt intus, interni custodes. item uxores Brahmanum, quia cubiculis inclusae degunt. *Andarggraham* domus interior. Ceterum *andar* etiam alias varias significationes habet, ut *diversitas*, *mutatio*, *differentia*, *defectus*, sic *adjaghedjàndaram*, est differentia inter ovem et elephantem.

Madhyè in medio, *madhyè samudram* in medio maris, *pàrè gelam* in littore aquae, *pàrè nadam* in littore fluvii.

Hae compositiones valde sunt memoriae mandandae, nam ex his praepositionibus et adverbiis quam plurima exurgunt nomina Samscrdamica, quorum radix et etymologia intelligi nequit, nisi et ipsae intelligantur praepositiones ex quibus coalescunt. V. g. ex *pradi*, quae praepositio est nunc *similitudinem*, nunc *partem contrariam* seu *adversam* significans, componuntur sequentia et alia plura nomina.

Pradiyòghi,	homo adversae partis, inimicus.
Pradibandham,	receptio, id est, contra acceptio.
Pradibalam,	vis adversa aequalis.
Pradibimba,	imago, idolum ex prototypo desumptum.
Pradibhà,	lux, splendor, quasi lux repercussa.
Pradisvani,	echo, vox adversa, repercussa.
Pradicarmma,	opus cuniculis exactum; *contromina*.
Pradicàra,	idem.
Pradicàsham,	res similis, similitudo.
Pradicria,	cuniculi, *contromina*.
Pradiculam,	res contraria.
Pradikschèdham,	contemptus, irrisio.
Pradichyàdi,	fama, rumor,

Pradigraham,	Satellitium, italice *Retroguardia*.
Pradiyòdhava,	Miles inimicus, hostis, adversator.
Pradimadam,	opinio contraria.
Pradimà,	similitudo, figura, imago.
Pradisaram,	frons exercitus, la *Vanguardia*.
Pradisìra	cortina, velum, tela adversa.
Pradivàdam,	responsum, contradictio.
Pradivàdi,	contradicens, adversator.
Pradishrayam,	asyllum, item locus consilii.
Pradishravam,	assensus.
Pradishruda,	echo, vox repercussa.
Pradiszèdham,	resistentia.
Pradìtschì,	occidens, orienti adversus.
Pradìndryam,	res oculorum aciem et sensus fugiens.
Pradyarpidam,	res restituta etc.

SECTIO V.

De Conjunctionibus *Talpurusza* dictis.

Compositiones nominum ex varia casuum diversitate, et adjectivorum cum substantivis unione a Brahmanibus *Talpurusza* dicuntur. Primi generis sunt.

Kaszdam shrida, *shrida*, *adìda*, *padìda*, *gada*, *atyasta*, *pràpta*, *aabana*, quae omnia petunt accusativum, & cum eo junguntur, ita ut inter se coalescant. v.g. dici potest *kaszdamshrida*, atque etiam *kaszdashrida*, homo qui penetravit invia, et loca penetratu difficilia. In feminino dices: *kaszdashridà*, in neutro *kaszdashridam*.

Shaculayàcrda, ubi *shaculayà* est in 3. casu seu ablat. 1., contrahe et dic: *shaculàcrda*. Ita *dhanyènaartha* per fruges divitiae, seu ex frugibus opes, dic: *dhànyàrtha*. Similiter *cundhalàya hirannyam*, ubi *cundhalàya* est in dativo, dic: *cundhalahirannyam*, inauribus aurum, seu ad inaures aurum. Ita construitur *artha* opes, divitiae; *hìdam* bonum; *sugham* gustus, quies, voluptas, v. g. *yuvasugham* juvenum seu juvenilis voluptas, *Brahmanartham* Brahmanum opes. *Brahmanartham paya* Brahmanum divitiae lac.

Hoc fere modo componuntur etiam alii casus, v.g: *Tschòràl bhayam*, ex fure metus, ubi *tschoràl* est casus quintus, contrahe et dic: *Tschòrabhayam*. Ita contrahitur genitivus seu casus 6., v. g. *Ràdjna purusza*, dic *ràdjapurusza* regis vir, vir regius. Similiter contrahitur casus 7., ut *akschèszu shaundha*, jocis, lusibus ebrius, dic melius contrahendo: *akschashaundha*; ita pariter loco *vrkschasyàgrè* in arboris apice, elegantius dicitur *agrèvrkscha*.

Similes conjunctiones occurrunt inter adjectiva et substantiva, v. g. *nìlam*, *caeruleus* adjectivum, *ulpalam* fructus, flos, germen; abjice litteram *m*, et muta penultimam *a* in *nìla*, et primam *u*. in voce *ulpalam* in unum solum *o* longum, fiet *nìlòlpalam*, flos caeruleus; ita *maholpala* flos *Tàmara* seu Nymphaea: compositum est ex *mahà* magnus, et *ulpala* flos, unde fit *mahòlpala*, nomen nymphaeae.

Lucidius haec compositio patescit in voce *ushna* calor, et *maha* magnus. Elidito ultimam litteram *a* in *maha*, et primam *u* in *ushna*, et muta ambas in *o* longum, fiet *mahòshna*, magnus calor. Haec regula valet etiam pro femininis, dum ultima antecedentis et prima vocalis sequentis concurrunt, quae semper elidi debent. Alias ubi hae vocales non concurrunt, adjectivum mutare haud est necesse. V. g. *krshna* niger *sarpa* serpens, dic: *krshnasarpa*, niger serpens; *krshna varnna*, niger color, *uttama bhàryà*, optima uxor, *racta vastra* rubra vestis &c. Subinde tamen et in his adjectivis littera ultima mutatur, ut *kschubhida nàtha*, iratus dominus, dic melius *kschubhidònàtha*.

Nomina quae laudem et praestantiam significant, apte et eleganter ei nomini postponuntur, cujus praestantiam extollunt. Talia sunt *vrndàraca*, *nàga*, *cudjara*, et alia. Sic igitur dices: *narttaca vrndàraca*, saltatorum apex, vel etiam cantorum vertex, id est, *princeps*. Ita *gòvrndàraca* vaccarum princeps; *ashvanàga* equorum praecipuus, *gòcudjara* vaccarum praecipua.

Adjectivum *anya* alienus, alter, alius, dum concurrit cum nomine incipiente a vocali, eleganter mutatur in *an*, v. g. non dicitur *anya ashva*, vel *ashuadanya*, sed *anashua* alius ab equo, item alienus equus; sic *anya ishda* alienum a gustu vel ab appetitu dic *anìshda*.

Huc referri debent pene infinita nomina quae componuntur ex puris particulis negativis. Tales sunt *a*, et *nir*, quae nomini negationem inferunt, et recte contrariam significationem ingenerant, *màrcha* via, *amàrcha* via falsa, non bona. Talia nomina sunt pene infinita. Speciminis gratia adjiciam aliqua.

Balam, vis, valor, fortitudo;	*Abalam*, defectus virium &c.
Bhayam, metus	*Abhayam*, securitas, animus haud timidus, intrepiditas.
Bhàszana, locutio,	*Abhàszana*, silentium.
Bhìru, timidus.	*Abhìru*, intrepidus.
Tschittam, voluntas.	*Atschittam*, defectus voluntatis.
Tscharam, sensibilitas	*Atscharam*, insensibilitas.
Djnànam, sapientia.	*Adjnànam*, inscitia, ignorantia.
Darshana, visio, apparitio.	*Adrashana*, caecitas, disparitio.
Drszdam, res visa.	*Adrszdam*, res non visa.
Drshya, visibilis.	*Adrshya*, invisibilis.
Arthacam, res significans,	*Nirarthaca*, res sine significatione. Sine interruptione, &c.
Andaram, mutatio, interruptio, interrupte.	
Ubadravam, adversitas.	*Nirubdravam*, defectus adversitatis.
Bandham, ratio, connexio.	*Nirbandham*, sine ratione et connexione.
Bhàgyam, beatitudo.	*Nirbhàgyam*, infortunium.
Bhàram, multum, grave.	*Nirbhàram*, leve, facile.
Dhana, dives.	*Nirdhana*, pauper.
Gunna, bonitas, utilitas.	*Nirgunna*, defectus bonitatis et commodi.
Gamana, incessus, peregrinatio, actio eundi.	*Nirgamana* exitus, actio exeundi, statio.
Gandham, res odorosa,	*Nirgandha*, res sine odore.
Djara, senex.	*Nirdjara*, qui non senescit, Divus.
Linga, sexus.	*Nirlinga*, Eunuchus, sine sexu.
Ladja, verecundia.	*Nirladja*, inverecundia.

Maryàda, regula, consuetudo.	*Nirmaryàda*, res, actio contra regulam et consuetudinem.
Mannam, honor, obsequium.	*Nirmànnam* res turpis, indecora, sine honore.
Vatschana, vox, verbum, sermo.	*Nirvatschana*, defectus sermonis.
Vèda, lex.	*Nirvèda* sine lege &c.
Kàma, desiderium.	Niszcàma, defectus desiderii.
Krdi, opus,	*Niszcrdi*, opus contrarium.
Krbà, misericordia.	*Niszcrbà*, immisericordia.
Phalam, fructus.	*Niszphalam*, vacuus, sine fructu, inutilis res. (*)

SECTIO VI.

De conjunctionibus seu compositione *Bahuvrìhi* dicta.

Valde commune est huic linguae ex substantivis facere adjectiva, v. g. *Tschitra*, *gavò*, *yasya*, variegatas, vaccas (habet) qui = contrahe et dic uno verbo: *Tschitragu*. Ita *uszmagu* calorem habens, *shìdagu* frigus habens, seu vir calida aut frigida verba proferens. Similiter, *Rùbavadì* pulchra, *bhàryà* uxor, *yasya* cujus (est), contrahe et dic, *Rùbaval bhàrya* pulchrae uxoris vir. Ita dum dicere volunt: vir qui habet multos filios, dicunt uno verbo *Bahupradja*; uxor illius qui coquit, dic, *Pàtschicabhàrya*; uxor illius qui saltat, dic *Narttaghì bhàrya*; cujus divitiae duae naves, dic, *Dvì nàvadhana*; ille cujus opes sunt quinque vaccae, dic, *Pàntscha gava dhana*; qui amat cubiculum orientale, dic, *Pùrvashàlapriya*.

Addi debent variae aliae compositiones prorsus singulares, v. g. *Peregrinus*, *advena*, *qui venit in districtum Brahmanum*, dici deberet: *adithi* peregrinus, *ya* qui, *pràpta* venit, *gràmam* in districtum Brahmanum; verum Praeceptores linguae haec

(*) Ex *analysi* et *Synthesi* elegantissima tot adverbiorum et nominum, necessariò exsurgit lingua opulentissima, doctissima, ed elegantissima. Et talis est sermo Samscrdamicus, qui copia, et elegantia verborum Graecum et Latinum sermonem longe superat.

omnia abbreviant et dicunt: *Pràptàdithigràma*. Ita *bos a quo trahitur currus*, dicunt: *ùdharathònadhvàn*: cum ad litteram dici debeat: *anadhvàn* bos, *ratha* currus, *ùdha* trahitur, *yena* a quo vel per quem. Similes his sunt contractiones sequentes:

Ubahrda pashu rudra: Rudra (Deus *Shiva*) cui oblatus bos.

Udhrdau danà stàlì: olla oryzâ vacua.

Vìra puruszacò gràma: districtus in quo homines fortes.

Puszpa dhanvà kàma: Cupido (deus) cujus arcus ex floribus.

Kumbhòdhnì gò: Vacca habens ubera amphorae similia.

Tschitra, vividha, puszpa, phala, taru, vanò-bashòbhidòdyàna, bhumicanagaram. Urbs habens Silvas ad recreationem relucentes, floribus, arboribus et fructibus diversi generis praeclaris.

Tschitra vividha puszpa phalàlam krda druma shadà vrda shigghara parvada. Mons cinctus centum arboribus, ornatusque variis et pulchris fructibus ac floribus. (*)

Adulah avidya màna tulah anubama. Vir, cui non datur similis.

Ex his perspicis, quod varii casus in unum Nominativum cogantur, seu nomina quae vi constructionis varios casus postularent, in unum Nominativum transeant elegantiae gratia, quae linguae et sermoni rapiditatem ac majorem volubilitatem conciliat praesertim in versibus.

(*) Ex rebus agrestibus, simplicibus, naturalibus, ex quibus primi auctores hujus Grammaticae exempla dictionum et comparationum afferunt, patet: hanc grammaticam sub regibus *Pàla* seu Pastoribus, antiquo nempe illo simplicitatis aevo jam compositam fuisse; nam in ea persaepe vaccarum, lactis, boum, taurorum, arborum, montium, solis et lunae, aquarum, oryzae, aliarumque naturalium rerum mentio occurrit, et ab his exempla, et similitudines petuntur.

SECTIO VII.

De connexione Nominum *dvandva* dicta.

Solent nomina copulari, ut in Latino, per copulam *tscha*, *et*. Verum ad evitandam monotoniam et continuam repetitionem particulae *tscha*, *et*, elegantius ponetur unum ex nominibus in numero duali, abjecta prorsus particula copulativa. V. g. *Sol et Luna*, dici potest: *Sùryatscha tschandratscha*, id est, *Sol et, Luna et*. Verum elegantius dices: *Sùryatschandrau* sol et luna. Sic *ashvarathau*, equi et currus. *Vrkscha parvadau*, arbores et mons.

Simili modo contrahuntur membrorum humanorum, tympanorum et instrumentorum nomina, et exercitus partes. V. g. *Shirogrìvam*, caput et collum; *rathicapadàtam*, milites currules et pedestres. *Aaràshastri*, duo instrumenta ferrea. *Màrdjàra mùszícam* felis et mus. *Takschàyaskàram* faber liguarius et ferrarius. *Radjacatandubàyam*, lotor et textor. Dum plura concurrunt animalia, eorum nomina manent in singulari, et solum ultimum ponitur in plurali, v. g. *Mrga shacuni Kschudra gendavà*: animalia quadrupeda, aves, et parvae bestiae. Sed de his satis, plura enim alia hujus generis legendo assequeris.

CAPUT IV.

De Conjugationibus Verborum.

Dividunt Brahmanes verba in decem classes, quas heic ex ordine referam.

I. Classis Vocatur *Shabvicarana*, et ad hanc refertur *Bhavadi* existit, *èdhatè* auget, *patschati* seu *patschadi* coquit, item *patschadè* coquit, *vyadi* deficit, *nandadi* exultat, *vyadè* dissolvitur.

II. Classis vocatur *Lugvicaranna*, ad quam spectant, *atti* edit, comedit, *shèdè* jacet.

III. Classis nuncupatur *shluvicaranna*, ad quam referunt, *dadhàdi* excipit, *giuhòdi* dat et accipit, *dhattè*, accipit, educat.

IV. Classis *Shanvicaranna*, ut *divyadi* ludit, *nahyadi* ligat, *nahyadè* ligatur, *sùyadè* parit.

V. Classis *Shnuvicaranna*, ut *sunòdi* certam cerimoniam facit, *tschinòdi* auget, *tschinudè* augetur.

VI. Classis *Shavicaranna*, ut *tudati* pungit, dolorem infert, *mriyade* moritur, mors oppetitur, *muntschadi* separat, *muntschadè* separatur.

VII. Classis *Shnamvicaranna*, ut *runnadhi* invadit, aggreditur, *yunakti* jungit, *bhunakti* edit, item regit, *bhunctè* comeditur, *yunctè* jungitur.

VIII. Classis *uvicaranna* ut *tanòdi* facit, *caròdi* facit, operatur, *Kurudè* fit, *tanudè* fit.

IX. Classis *Shnàvicaranna*, ut *Krìnnàdi* emit, *grahnàdi* arripit, prehendit, accipit.

X. Classis *Nidjvicaranna*, ut *tschorayadi* surripit, furatur, *artschayadi* colit, honorat, veneratur.

Habent Brahmanes verba substantiva, activa, passiva, anomala, deponentia, volitiva, jubentia, communia.

Tempora sunt decem, quae *Lacàra* dicuntur, et sunt sequentia: 1 *lal*, 2 *lang*, 3 *lol*, 4 *ling*, 5 *ashirling*, 6 *lil*, 7 *lung*, 8 *lul*, 9 *lrng*, 10 *lrl*.

Haec tempora reducuntur ad *vartamàna*, id est, ad tempus praesens indicativum, quod notatur per vocabulum *lal*. Se-

cundò, tempus elapsum indicat verbum *lang*, *lil*, *lung*: tria enim habent praeterita, nempe primum, secundum et tertium. *Lang* est primum, *lil* secundum, *lung* est tertium. Imperativos seu optativos habent tres, quorum primus indicatur per *lol*, secundus per *lìng*, tertius denique, qui est imperativus seu optativus permissivus, notatur per *ashìrling*. Ita pariter tria futura, nempe primum *lul*, secundum *lrng* seu *lìrng*, et tertium *lrl* seu *lirl*. Tempus praesens vocatur *vartamàna*, ut dixi, Praeteritum *bhudam*, imperandi modus dicitur *vidhì*, id est, jussio, praeceptum, vel *ashìrvidhi* id est, *benedictio* aliqua jussoria, ut *shubham astu*, felix sit. Futurum vocatur *bhàvì* vel *bhavìszyadì*. Totam hanc explicationem Brahmanes includunt his duobus versibus Samscrdamicis:

Lal vartamânè, lang, lil, lung bhudè;
Lul, lirl tscha bhàvani, vìdhyàdau
Lol, lingau lirngtscha crià nìszpadya sambhavè.

Personae dicuntur *Purusza*, vel *Karta*, et sunt tres.

Prima, quae nobis tertia, vocatur *prathama purusza*.

Secunda, quae nobis itidem secunda, dicitur *madhyama purusza*, id est, *media persona*.

Tertia, quae nobis prima, nuncupatur *uttama purusza*, id est, *optima*, praeclara *persona*.

Numeri sunt tres, *ècavatschana*, id est, verbum, sermo de uno. *Dvivatschana* sermo de duobus. *Bahuvatschana*, sermo de pluribus.

Agens dicitur *Kartà*, actio *Krìyà*, opus *Karma*. Verbum, quod denotat actionem, dicitur *sakarmaca*; quod nullam, seu passionem, *akarmaca*.

Verba quae significant actionem in aliud quid tertium, vocantur *Parasmeypada*; quae indicant actionem in propriam agentis personam, *àtmanèpada*; quae ambas significationes seu actiones includunt dicuntur *ubhayapada*.

Praeterita tria, et futuri tres promiscue usurpari possunt in carmine, sed non in prosa, ubi major ratio temporum habenda est, et distingui debet praeteritum modo elapsum, paullo antea elapsum, et dudum antea effluxum. Ita de futuris sentiendum.

Personae indicantur per *sa* ille, *tvam* tu, *aham* ego; dua-

lis per *àvàm* nos ambo, *yuvàm* vos ambo, *tau* illi ambo; Pluralis per *tè* illi, *yùyam* vos, *vayam* nos plures. His praenotatis sit prima conjugatio.

SECTIO I.

Bhusatàyam.
Hoc est verbum significans *esse*, *existere*.
Activa Terminatio.

I. Conjugatio.

Lal, *vartamànè*. Indicativi tempus praesens.
Sing. *Bhavadi*, ille est, vel existit.
Dual. *Bhavada*, illi ambo sunt vel existunt.
Plural. *Bhavandì*, illi plures sunt, vel existunt.
Sing. *Bhavasi*, tu es.
Dual. *Bhavathà*, vos ambo estis.
Plural. *Bhavatha*, vos plures estis.
Sing. *Bhavàmi*, ego sum.
Dual. *Bhavàva*, nos ambo sumus.
Plural. *Bhavàma*, nos plures sumus.

Lang. anadyatanè. Praeteritum perfectum I.
Sing. *Abhaval*, fuit.
Dual. *Abhavadam*, ambo fuerunt.
Plural. *Abhavan*, fuerunt.
Sing. *Abhava*, fuisti.
Dual. *Abhavadam*, ambo fuistis.
Plural. *Abhavada*, fuistis.
Sing. *Abhavam*, ego fui.
Dual. *Abhavàvà*, nos ambo fuimus.
Plural. *Abhavàmà*, fuimus.

Lol. Optativus imperativus.
Sing. *Bhavadu* vel *Bhavadal*, sit, utinam sit.
Dual. *Bhavadàm*, sint, utinam ambo sint.

Plural. *Bhavandu*, sint, utinam sint.
Sing. *Bhava*, vel *bhavadàl*, sis, esto, utinam sis.
Dual. *Bhavadam*, sitis ambo, utinam sitis.
Plural. *Bhavada*, sitis, utinam sitis.
Sing. *Bhavanì*, sim, utinam sim.
Dual. *Bhavàvà*, ambo simus.
Plural. *Bhavàmà*, simus, utinam simus.

Ling. nimitè. Imperativus II.
Sing. *Bhavèl*, sit.
Dual. *Bhavèdam*, simus ambo.
Plur. *Bhavèyu*, simus.
Sing. *Bhavè*, sis, esto.
Dual. *Bhavèdàm*, sitis ambo, estote.
Plur. *Bhavèda*, sitis.
Sing. *Bhavèyam*, sim.
Dual. *Bhavèvà*, simus ambo.
Plur. *Bhavèmà*, simus.
Ashìrling. Imperativus seu optativus benedictionis et permissionis.
Sing. *Bhuyàl*, sit.
Dual. *Bhuyàstam*, ambo sint.
Plur. *Bhuyàsu*, sint.
Sing. *Bhuyà*, sis.
Dual. *Bhuyàstam*, sitis ambo.
Plur. *Bhuyàsta*, sitis.
Sing. *Bhuyàsam*, sim.
Dual. *Bhuyàsvà*, simus ambo.
Plur. *Bhuyàsmà*, simus.

Paròkschè Lil. Praeteritum perfectum II.
Sing. *Babhuva*, fuit.
Dual. *Babhuvadu*, ambo fuerunt.
Plur. *Babhuvu*, fuerunt.
Sing. *Babhuvitha*, fuisti.
Dual. *Babhuvitha*, fuistis ambo.
Plur. *Babhuva*, fuistis.

Sing. *Babhuva*, fui.
Dual. *Babhuvivà*, fuimus ambo.
Plur. *Babhuvimà*, fuimus.

Lung. Praeteritum perfectum III.
Sing. *Abhul*, fuit.
Dual. *Abhudàm*, ambo fuerunt.
Plur. *Abhuvan*, fuerunt.
Sing. *Abhu*, fuisti.
Dual. *Abhudam*, fuistis ambo.
Plur. *Abhuda*, fuistis.
Sing. *Abhuvam*, fui.
Dnal. *Abhuvà*, fuimus ambo.
Plur. *Abhumà*, fuimus.

Anadyatanè Lul. Futurum I.
Sing. *Bhavidà*, erit.
Dual. *Bhavidàrau*, erunt ambo.
Plur. *Bhavidàrà*, erunt.
Sing. *Bhavidàsi*, eris.
Dual. *Bhavidàsthà*, eritis ambo.
Plur. *Bhavidàstha*, eritis.
Sing. *Bhavidàsmi*, ero.
Dual. *Bhavidasvà*, erimus ambo.
Plur. *Bhavidàsma*, erimus.

Lirng, *kriyàdipattau*. Futurum II.
Sing. *Abhaviszyal*, erit,
Dual. *Abhaviszyadàm*, erunt ambo.
Plur. *Abhaviszyan*, erunt.
Sing. *Abhaviszyà*, eris.
Dual. *Abhaviszyadàm*, eritis ambo.
Plur. *Abhaviszyada*, eritis.
Sing. *Abhaviszyam*, ero.
Dual. *Abhaviszyàvà*, erimus ambo.
Plur. *Abhaviszyàmà*, erimus.

Lrl. Futurum III.

Sing. *Bhavìszyadì*, erit.
Dual. *Bhavìszyada*, erunt ambo.
Plur. *Bhavìszyandì*, erunt.
Sing. *Bhavìszyasì*, eris.
Dual. *Bhavìszyathà*, eritis ambo.
Plur. *Bhavìszyatha*, eritis.
Sing. *Bhavìszyàmì*, ero.
Dual. *Bhavìszyàva*, erimus ambo.
Plur. *Bhavìszyàma*, erimus.

Futurorum terminationes in activis et neutris semper sunt uniformes in omnibus conjugationibus.

Vocales accentu notatae semper longae sunt, ut supra monui; illae vero quae accentu gravi vel acuto destituuntur, breviter sunt pronunciandae. (*)

Modus infinitivus.

Quem Graeci modum infinitivum habent, ut τύπτεσθαι, *verberari*, vel τύπτειν *verberare*, eum Brahmanes supino supplent: v. g. *Bhavitum*, esse, existere, ut sit, existat; *nactum* ligare, ligatum, ut liget, ad ligandum &c. sit ergo.

Bhavitum, esse, existere.

Participium Praesentis.

Masc. *Bhavan*, existens.
Fem. *Bhavandì*, fem. existens.
Neut. *Bhaval*, existens.

Participium Praeteriti.

Masc. *Babhuvàn*, qui fuit, exstitit.

(*) *Tantum fere interest inter vocales et consonantes, quantum inter animam et corpus*, ait Priscianus Grammaticus lib. 1. de *num. Literarum apud Veteres*, pag. 544. apud Heliam Putschium in lib. inscripto: *Grammaticae Latinae Auctores Antiqui*, Hanoviae 1605. Certe a vocalibus corruptis, permutatis, improbe prolatis, praecipua omnium idiomatum corruptio et permutatio. Quare diligenter et accuratè sunt enunciandae, cum in his Linguae integritas, anima, elegantia, et decor consistat.

Fem. *Babhuszì*, quae fuit, exstitit.
Neut. *Babhuszaval*, quod fuit, exstitit.

Participium ex futuro I, significans habitum.

Masc. *Bhavidà*, qui solet esse, existere.
Fem. *Bhavitrì*, quae solet esse, existere.
Neut. *Bhavitr*, quod solet esse, existere.

Participium futuri ex Futuro III.

Masc. *Bhaviszyan*, futurus.
Fem. *Bhaviszyandì*, futura.
Neut. *Bhaviszyal*; futurum.

Participium Praeteriti II.

Hoc crebro utuntur dum dicere volunt: *postquam fuit*, *exstitit*, *postquam amavit*, cum *amasset*, cum *dixisset*, postquam *dixisset*, hoc *dicto*, *amato*, &c. *Bhutvà*, posqùam fuit.

Supinum.

Bhavitum, ut sit, *tanitum*, *Kartum* ut faciat, factum, ad faciendum.

Gerundium ex futuro I.

Masc. *Bhavidavya*, qui potest, aut debet esse.
Fem. *Bhavidavyà*, quae potest, aut debet esse.
Neut. *Bhavìdavyam*, quod potest, aut debet esse.

Vel etiam.

Masc. *Bhavanìya*, qui potest, solet, aut debet esse.
Fem. *Bhavanìyà*, quae potest, solet, aut debet esse.
Neut. *Bhavanìyam*, quod potest, solet, aut debet esse.

V. g. *mama cartaviyam* meum negotium, res mihi facienda, mihi faciendum opus. *Bhavanìyam* res existenda.

Haec igitur est prima verborum activorum Conjugatio. Juxta hanc conjugatur *Dhupatschaszpàghe* seu *patschadi* coquit; *ddunandi samrdhau* seu *nandadi*, laetatur, exultat; *vyeingsamvaranè* seu *vyayadi* perit; *nahabandhanè* seu *nahyadi* ligat, *tudavyathanè* seu *tudadi* pungit, affligit; *Divucrìdhà* seu *dìvyadi* ludit, vincit, loquitur, reprehendit, laudat; tot enim habet significationes. *Mutschna mòkschanè* seu *muntschadi* separat; *tschurastèyè* seu *tschorayadi* furatur, surripit; *pàlarakschanè* seu *pàlayadi* regit, gubernat; *artschapùdjàyàm* seu *artschadi* colit, veneratur; *namadi*, adorat; *gatschadi* pergit, incedit; *stàbyadi*,

ponit, collocat; *rekschadi* alit, nutrit, protegit, liberat; *svabadi* dormit; *tscharadi* vagàtur, circumit; *shamsadi* laudat, celebrat; *stuvadi* laudat; *bhòdhadi* intelligit, percipit &c. Ex his aliqua in iis modis et temporibus inflectam, quae lectori aliquod fastidium aut difficultatem parere possunt.

Indicativi tempus Praesens.

Sing. *Patschadi* coquit, *nandadi* exultat, *vyayadi* perit, *nahyadi* ligat, *tudadi* affligit, *dìvyadi* ludit, *muntschadi* separat, dividit, *tschorayadi* surripit, *palàyadi* gubernat, *artschayadi* colit.

Dual. Patschada, nandada, vyayada, nahyada, tudada, dìvyada, muntschada, tschorayada, palàyada, artschayada. *Coquunt ambo* &c.

Manuavabòdhane.	Dhukriang Karanè.	Ashuvyàptau.
Id est: *Manutè*, existimat, existimatur.	*Karutè*, facit, *et* fit.	*Ashnutè*, obtinet *et* obtinetur. (*)

(*) Meminerit Lector, verba *Media* seu *Communia*, si actionem significant, *activè*, sin vero passionem, *passivè* construenda esse.

Tschintschayane	Brungvyàctàyam.
Id est: *Tschinutè*; auget, accrescit.	*Brutè*, dicit, dicitur, locutio fit.

S. Manutè, kurutè, ashnutè, tschinutè, brutè.
D. Manvàtè, kurvàtè, ashnuvàtè, tschinvàte, bruvàtè.
P. Manvate, kurvate, ashnuvate, tschinvate, bruvate.
S. Manuszè, kuruszè, ashnuszè, tschinuszè, bruszè.
D. Manvàthè, kurvàthè, ashnuvàthé, tschinvàthè, bruvàthè.
P. Manudhvè, kurudhvè, ashnudhvè, tschinudhve, brudhvè.
S. Manvè, kurvè, ashnuvè, tschinvè, bruvè.
D. Manvahè, kurvahè, ashnuvahè, tschinvahè, bruvahè.
P. Manmahè, kurmahè, ashnumahè, tschinmahè, brumahè.

Perfectum I.

S. Amanuta, akurata, aashnutà, atschinuta, abruta.
D. Amanvàtàm, akurvàtàm, ashnuvàtàm, atschinvàtàm, abruvàtàm.
P. Amanvata, akurvata, ashnuvata, atschinvata, abruvata.
S. Amanuthà, akuruthà, ashnuvathà, atschinvathà, abruthà.
D. Amanvàthàm, akurvàthàm, ashnuvàtham, abruvàthàm.
P. Amanudhvam, akurudhvam, ashnudhvam, abrudhvam.
S. Amanvi, akuvi, atschinvi, ashnuvi, abruvi.
D. Amanvahi, akuvahi, atschinvahi, ashnuvahi, abruvahi.
P. Amanmahi, akumahi, atschinmahi, ashnumahi, abrumahi

Imperativus I.

S. Manutàm, kurutàm, ashnutàm, tschinutàm, brutàm.
D. Manvàtàm, kurvàtàm, ashnuvàtàm, tschinvàtàm, bruvàtàm
P. Manvatàm, kurvatàm &c.
S. Manuszva, kuruszva, ashnuszva, tschinuszva, bruszva.
D. Manvàthàm, kurvàthàm, ashnuvàtham, bruvàthàm.
P. Manudhvam, kurudhvam, ashnudhvam, brudhvam.
S. Manvey, kurvey, ashnuvey, tschinvey, bruvey.
D. Manavàvahey, kurvàvàhey, ashnuvàvahey, bruvàvahey.
P. Manavàmahey, kurvàmahey, ashnuvàmahey, bruvàmahey.

Imperativus II.

S. Manvìta, kurvìta, ashnuvìta, tschinvìta, bravìta.
D. Manvìyàtam, kurvìyàtàm, ashnuvìyàtam, bravìyàtàm.
P. Manvìran, kurvìran &c. ut *djhìta*.

Imperat. Optat. III.

S. Maniszìszta, krszìsztà, ashiszìszta, tschèszìszta, vakshìszta.
Omnia ut in I. comun. conjugat. *aidhiszta*.

Perfectum II.

S. Mènè, tschacrè, anashè, tschikyè, ùtschè.
D. Mènàtè, tschacràte, anashàte, tschikyàte, utschivahè.
P. Mènirè, tschakrirè, anashirè, tschirè, utschimahè.
N. B. *utschè* inflectitur ut *Pètschè*. N. B. II. verbum *tschikyè* etiam habet *tschitschyè*. Verbum *menirè* et alia sequuntur in hoc tempore verbum *djahè* vel *pètschè*, in II antecedenti conjug. v. g.
S. Meniszè, tschakrszè, anashiszè, tschikisze, utschiszè.
D. Menàthè, tschacràthe, anaschàthe, utschàthe.
P. Menidhvè, tschacrdhvè, &c.
S. Mène, tschacrè.
D. Menivahè, tschacrvahè.
P. Menimahè, tschacrmahè, &c.

Perfectum III.

S. *Amaniszta*, *akrta*, *àshiszta* et *àszta*, *acèszta*, *avotschata*: item loco *amaniszta* dici potest etiam *amanata*.
D. Amaniszàtàm, akrszàtàm, àkschàtàm, avòtschàtàm.
P. Amaniszata, akrszata, àkschata, avòtschanta.
S. Amanuthà, akrthà, àszdtà, avòtschathà.
vel amaniszdtà
D. Amanuszàthàm, akrszàthàm, àkschàthàm, avòtschàtham.
P. Amanudhvam, akrdhvam, àkschadhvam, avòtschadhvam.
S. Amanuszi, akrszi, aakschi, avotscha.
D. Amanuszvahi, akrszvahi, àkschvahi, avòtschàvahi.
P. Amanuszmahi, akrszmahi, àkschamhi, avòtschàmahi.

Futurum I.

S. Manità, karttà, tschètà, ashta *vel* ashità, vactà.

Futurum II.

S. Amaniszyata, akariszyata, atschèszyata, àshiszyata, *vel* àkschyata, avakschyata.

Futurum III.

S. Maniszyatè, kariszyatè, tscheszyatè, ashiszyatè *vel* akschyatè, akschyatè, vakschyatè.

Infinitivus et Supinum.

Manitum, Karttum, tschètum, ashdtum *vel* ashitum, vaktum.

Participium Praes.

Masc. Manvàna, Kurvànna, tschinvàna, ashnuvàna, bruvànnà. *Existimans, faciens, augens*, &c.

Fem. Manvànà, Kurvànnà, &c.

Neut. Manvànam, Kurvànnam, &c.

Participium Fut. III.

Masc. Maniszyamànna, Kariszyamànna, tschèszyamànna, akschamànna, vakschyamànna.

Fem. Maniszyamànnà &c.

Neut. Maniszyamànnam, &c.

Participium Praet.

Matvà, Krtvà, tschitvà, ashitvà, uctvà. (*)

SECTIO IV.

De verbis Anomalis.

Verba anomala illa sunt, quae cum fere inflectantur per omnia tempora, non tamen conjugantur aequaliter, et subinde ab aliis verbis, quasi subsidium petunt, ut omnia sua tempora expleant; sicut *fero* apud Latinos, et ἁμαρτανω *pecco*, aut ἀπόλλυμι *perdo* apud Graecos. His accenseo verbum substantivum *sum*.

Asabhuvi.	Hanahisàgatò.	Inngatau. (**)
Id est: *astî*, est.	*Handi*, occidit.	*Eti*, it, pergit.
S. Asti, handi, èti.	Est, occidit, pergit.	
D. Stà, hatà, ità.	Sunt, occidunt, eunt.	
P. Santi, Khnanti, yanti.	Sunt, occidunt, eunt.	
S. Asi, *es*, hamsi, *occidis*, esi, *is*, *pergis*.		

(*) In tanta conjugationum ubertate, et verborum congestu necesse fuit, haec omnia latinis characteribus descripta tradere; nam si elementa *granthamica* adhibuissemus, in immensum volumen excrevisset nostra institutio.

(**) Asa = bhuvi, id est, *esse* in sensu *existendi*; Hana = hisàgatò, id est, *hano* in sensu mactandi, occidendi, *hisàgatò*; Inn = gatau, i.e. *inn* verbum in *gatau*, in sensu eundi, pergendi.

D. Sthà, hathà, ithà. Estis, occiditis, itis. (*)
P. Stha, hatha, itha.
S. Asmi, *sum*, hanmi *occido*, enmi *eo*.
D. Asvà, *sumus*, hanvà, *occidimus*, envà, *imus* (ambo).
P. Smà, *sumus*; hanmà, *occidimus*, enmà, *imus* (plures).

Praeteritum Perfectum I.

S.	Aasal *fuit*,	ahal *occidit*,	aial *ivit*.
D.	Aastàm *fuerunt*,	ahatàm *occiderunt*,	itàm *iverunt*.
P.	Aasan	akhnam,	itan.
S.	Aasì *fuisti*,	ahan, *occidisti*.	
D.	Aastàm, *fuistis*,	ahatàm *occidistis*.	
P.	Aasta,	ahata.	
S.	Aasam, *fui*,	ahanam *occidi*,	ètam, *ivi*.
D.	Aasvà,	ahanvà,	itvà *vel* yàva.
P.	Asmà,	ahanmà,	itmà *vel* yàma.

Imperativ. Optat. I.

S.	Astu *vel* stàl, *sit*,	handu *vel* hatàl, *occidat*.	ètu *vel* itàl, *eat*.
D.	Stàm, *sint*.	hatàm, *occidant*.	itàm, *eant ambo*.
P.	Santu, *sint*.	khnantu, *occidant*.	yantu, *eant plures*.
S.	Dhi *vel* stàl, *sis*, *esto*.	Djahi *vel* hatàl, *occide*, *occidito*.	Ehi *vel* itàl. *i* vel *ita*.
D.	Stam,	hatam,	itam.
P.	Sta,	hata,	ita.
S.	Asàni, *sim*.	hanàni, *occidam*,	yàni, *eam*.
D.	Asàvà,	hanàvà,	yàvà.
P.	Asàmà,	hanàmà,	yàmà, *eamus*.

Imperativus II.

S.	Syal,	Hanyàl,	iyàl, *eat*.
D.	Syàtàm,	Hanyàtàm,	iyàtàm, *eant*.

(*) Vir clarissimus Joan. Frid. *Kleuker* in Synopsi meae Grammaticae Samscrdamicae, quam edidit Rigae anno 1797, jam animadvertit, in Pronominibus Samscrdamicis *germanica*, *latina*, et *graeca* contineri. Heic iterum mirabilis est harmonia inter latinum *est*, et Samscrdamicum *astì*; inter *it*, et *eti*; inter *es*, et *asi*; inter *sunt*, et *santi*; inter *enma* et *imus*; inter *smà* et *sumus*; inter *ithà*, et *itis*, &c. Quis negabit his duabus linguis communem fuisse originem?

P.	Syu,	Hanyu,	iyu, *eant*.
S.	Syà,	Hanyà,	iyà, *i, perge*.
D.	Syàtam,	Hanyàtam,	iyàtam, *ite*.
P.	Syáta,	Hanyàta,	iyàta *ite*.
S.	Syàm *sim*,	Hanyàm *occidam*,	iyàm *eam*.
D.	Syàvà,	Hanyàvà,	iyàvà, *eamus* ambo.
P.	Syàmà,	Hanyàmà,	iyàmà, *eamus*.
		Imperat. Optat. III.	
S.	*Syàt*, omnia ut in imp. II.	vadhyàl,	udiyàl.
D.		vadhyàstàm,	udiàstàm.
P.		vadhyàsu,	udiasu.
S.		vadhyà,	udiyà.
D.		vadhyàstam,	udiyàstam.
P.		vadhyàsta,	udiyàsta.
S.		vadhyàsam,	udiyàsam.
D.		vadhyàsvà,	udiyàsvà.
P.		vadyàsmà,	udiyàsmà.
		occidamus,	*eamus*.
		Perfectum II.	
S.	Aasa, *fuit*.	djakhàna, *occidit*.	iyàya, *ivit*.
D.	Aasatu,	djakhnatu,	iyatu.
P.	Aasu,	djakhnu, *vel* djakhnitu,	ïyu.
		Perfectum III.	
S.	Aasìl,	avadhìl,	agàl &c.
		Futurum I.	
S.	èta, *vel* aayta,	khànità *vel* khàtà,	hantà.
D.	etàrau, *vel* aaytàrau,	khànitàrau,	hantàrau.
P.	etárà, *vel* aaytàrá,	khànitàrà,	hantàrà.
		Futurum II.	
S.		haniszyal,	eszyal.
		Futurum III.	
S.		haniszyati,	eszyati.

Participium Praes.

Masc. *San*, qui est; *Khnan*, qui occidit; *Yan*, qui it.
Fem. Satì, *quae est*; Khnatì, *quae occidit*; Yatì, *quae it*.
Neut. Sal *vel* Sad, Khnal *vel* Khnad, Yal *vel* Yad.
quod est, seu *ens*. *quod occidit*. *quod it*,

Participium Praeteriti.

Masc. (*) Djaknivan, eyvàn, *qui occidit*, *ivit*.
Fem. Djakhnuszi, eyvasì, *quae occidit*, *ivit*.
Neut. Djakhnival, eyval, *quod occidit*, *ivit*.

Dual. Masc. Djakhivamsau, eyvamsau.
Fem. Djakhnivamsyau, eyvamsyau.
Neut. Djakhnivasi, eyvasi.
Plur. Masc. Djakhnivamsà, eyvamsà.
Fem. Djakhnivamsyà, eyvamsyà.
Neut. Djakhnivamsi, eyvamsi.

Participium Fut. I.

Sing. Hantà, età.

Particip. Fut. II.

Haniszyal, eszyal. *occisurus*, *iturus*.

Notandum, quod verbum substantivum *sum*, *es*, *est*, careat aliquibus Temporibus, ut vidimus et vacuo signavimus; ea ergo Tempora supplentur per verbum *bhavatì*, est, existit, v. g. in futuro II dices: *abhaviszyal*, erit, &c.

Anomala Terminatione Passiva,
quae active construuntur.

S. Aahatè, *occidit*, adhìtè, *discit*, *ignorat*, *dediscit*.
D. àgghnàtè, adhìyâtè.
P. àgghnatè, adhìyatè.
S. aahasè, adhìsè, *occidis*, *discis*, *dediscis*.
D. aakhnàtè, adhìyàthè.
P. aakhnadhvè, adhìyadhvè.
S. aakhnè, adhìyè, *occido*, *discio*, *dedisco*.
D. aahanhè, adhìyanhè.
P. aahanmahè, adhìyanmahè, *ocidimus*, *discimus*.

(*) Verbum *asmi*, *sum*, caret futuro II, futuro III, participio praeteritii, participio futuri.

Perfectum I.

S. Ahata, adheyta, *occidit*, *descivit*.
D. aakhnàtàm, adheyyàtàm.
P. aakhnata, adheyyata.
S. aahathà, adheyyathà, *occidisti*, *descivisti*.
D. aakhnàthàm, adheyyàthàm.
P. aahadhvam, adheyyadhvam, *occidistis*, *descivistis*.
S. aakhni, adheyii, *occidi*, *descivi*.
D. aahanvahi, adheyvanvahi.
P. aahanmahi, adheyvanmahi, *occidimus*, *descivimus*.

Imperativ. I.

S. aahatàm, *occidat*; adhìtàm, *desciat*.
D. aakhnàtàm, adhìtàtàm.
P. aakhnatàm, adhìtatàm.
S. aahasva, *occide*, adhìsva, *descito*, *dedisce*.
D. aakhnàthàm, adhìtàthàm.
P. aahadhvam, adhìtadhvam.
S. aahaney, adhìtey, *occidam*, *desciam*.
D. aahanàvahey, adhìtàvahey.
P. aahanàmahey, adhitàmahey.

Imperativ. II.

S. Aakhnìtà, adhìta &c.

Imperat. Optat. III.

S. Aavadhiszìszta, adhyàyszìszta.

Perfectum II.

S. aadjakhnè, adhidjaghè.

Perfectum III.

S. àvadhiszdta, adhyaghìszdta.

Futurum I.

S. Khàntà *vel* Khànità; adhyètà.
D. Khàtàrau, adhyètàrau, &c.

Futurum II.

S. Akhàniszata, adhyashìszyata *vel* adhyèszyata.

Futurum III.

S. Khà niszyatè, adhyèszyatè:

Participium Praes.

Masc. Aakhnàna, *occidens*, adjnàna, *ignarus*, *imperi-*

Fem. aakhnànà, adjnànà. *tus, rudis.*
Neut. aakhnànam, adjnànàm.

Particip. Futuri.

Masc. Khàniszyamànna *occisurus* &c.

Anomala Passiva.

S. *Hanyatè*, occiditur; *ìyatè*, itur, *adhìyate*, descitur.

Inflectuntur ut *edhatè* in passivo seu deponenti.

Praeteritum.	Ahanyata,	eyata,	adheyata.
	occisus,	*profectus*,	*ignarus fuit.*
Imperat. I.	Hanyatàm,	ìyatàm,	adhìyatàm.
Imperat. II.	Hanyèta,	ìyèta,	adhìyèta.
Imperat. III.	Vadhiszìszta,	eszìszta,	adheyszìszta.
Perfectum II.	Djakhnè,	ìyè,	adhìdjaghè.
Perfectum III.	Akhàni *vel*		adhyài *vel*
	avadhi,	agày,	addhyagài.
Futurum I.	Khàtà,	eta *vel* àytà,	adhyètà.
Futurum II.	Akhàniszyata,	eyszyata,	adhyagàiszyata.
Futurum III.	Khàniszyatè,	eyszyatè,	adhigàyszyatè.
Particip. Praes.	Masc.	Khnàna,	yàna.
	Fem.	Khnànà,	yànà.
	Neut.	Khnànam,	yànam.
Particip. Praet.	Masc.	Khàta, *vel* hata;	ita.
	Fem.	Khàtà, *vel* hatà,	ità.
	Neut.	Khàtam,	itam.

SECTIO V.

De Verbis Desideratìvis.

Verba desiderativa seu volitiva illa appellamus, quae his Latinis respondent: *mincturio, dormiturio, coenaturio, esurio*, seu illis, quae magnam voluntatem, et quasi pruritum ad aliquid significant. Fiunt ex Futuris verborum activorum per reduplicationem primae syllabae verbi, *v. g.*

Bubhuszati, *vult esse, amat esse.* Inflectuntur per terminationes verborum activorum.

Praeteritum I. Abubhuszat.

Imperativ. I. Bubhuszatu.
Imperativ. II. Bubhuszel.
Imperativ. III. Bubhuszyàl.
Praeterit. II. Bubhuszàntschacàra.
Praeterit. III. Abubhuszìl.
Futurum I. Bubhuszità.
Futurum II. Abubhuszyal.
Futurum III. Bubhuszyati.

Particip. Praes. Masc. Bubhuszan.
Fem. Bubhuszandì.
Neut. Bubhuszal.
Particip. Praet. Masc. Bubhuszàntschacrvàn.
Fem. Bubhuszàntschacrszì.
Neut. Bubhuszantschacrval.
Particip. Futuri. Masc. Bubhuszyan.
Fem. Bubhuszyantì.
Neut. Bubhuszyal.

Haec verba dividuntur in duas classes, nempe in verba terminationis activae, et in verba terminationis passivae et neutrae.

Verba I. classis.		Verba II. classis.	
Pipakschati *vult*	coquere.	Pipakschatè *vult*	coqui.
Ninandiszati	exultare.	Edidhiszyatè	augeri.
Vivyàsati	deficere.	Ninandiszatè	exultari.
Ninatsati	ligare.	Vivyàsatè	perdi, inte-
Tutòtsati	affligere.	Tutòtsatè	affligi. (riri.
Didèviszati *vel* Dudùszati	ludere.	Dudyùszatè	ludi:
Mumukschati	separare.	Mumukschatè	separari.
Tschutschorayszati	furari.	Tschutschorayszatè	rapi.
Pipàlayszati	gubernare.	Pipàlayszatè	regi.
Artschitschayszati	colere.	Artschitschayszatè	coli.
Gikhatsati	comedere.	Gikatshatè	comedi.
Rurutsati	invadere.	Rurutsatè	impugnari.
Rubhukschati	vorare.	Bubhukschatè.	vorari.
Yuyukschati	jungere.	Yuyukschatè	jungi.
Vinistcitshchìszati	augere.	Vìnitschitschiszatè	augeri.

Titaniszati	extendere,		
vel Titansati	*vel* facere.		
Tshikìrszati	facere.	Tschikìrszatè	fieri.
Vivakschati	dicere.	Vivakschatè	dici.
Ashishiszati	obtinere.	Ashishiszatè	obtineri.
Vitschikrìszati	emere.	Vitschikrìszatè	emi.
Gikrkschati	recipere.	Gikrkschatè	recipi.
Ditsati	dare.	Ditsatè	dari.
Djuhuszati	dare accipere.	Djuhuszatè	dari.accipi.
Shishayszati	jacere.	Shishayszatè	incubari.
Dhitsati	accipere,educa-	Dhitsatè	accipi &c.
Mimaniszati	existimare. (re.	Mimaniszatè	existimari.

De Verbalibus.

Multa nomina et adjectiva deducuntur et formantur ab his verbis desideratívis, eaque ab hac tertia Indicativi persona procedunt, ut aliqua apud Graecos, v. g. a tertia persona Praeteriti passivi in τος formatur ἀκουστὸς *audibilis*, in τωρ formatur κοσμήτωρ *Princeps*, in τις formatur πίστις *fides* &c. Hac plane via similia nomina ex verbis exurgunt in lingua Samscrdamica, v. g.

Bubhukschati, vult vorare.	*Bubhukschà*, magna vorandi voluntas.
Tschikìrszati, vult facere.	*Tschikìrszà*, voluntas faciendi.
Rurutsati, vult offendere.	*Rurutsà*, voluntas invadendi.
Djikhatsati, vult edere.	*Djikhatsà*, voluntas edendi.
Vivakschati, vult dicere.	*Vivakschu*, volens dicere.
	Rurutsu, volens invadere.
	Djikhatsu, volens edere.

SECTIO VI.

De Verbis Effectivis, & Verbis multitudinis.

Verba effectiva sunt, quae significant effectum, jussionem, aut coactionem unius personae in alteram, ut v. g. *jubes venire*, *cogis amare*; eaque in lingua Samscrdamica eleganter uno verbo efferuntur.

1 *Bhàvayati*, jubet seu facit ut sit, existat.

2 *Pàtschayati*, jubet coquere, facit ut coquat.
3 *Dèvayati*, jubet ludere, facit ut ludat.
4 *Nandayati*, jubet exultare, facit ut exultet.

Praesens.	Praeteritum III.
	1 Abìbhaval, fecit, ut esset.
	2 Apìpatschal, ut coqueret.
	3 Adìdaval, ut luderet.
	4 Ananandal, ut exultaret.
Sànàhayati.	Samànìnahal, ut ligaret.
Tòdayati.	Atùtudal, ut affligeret.
Mòtschayati.	Amùmutschal, ut separaret.
Aadayati.	Aadidal, ut ederet.
Ròdhayati.	Arùrudhal, ut invaderet.
Bhòdjayati,	Abùbhudjal, ut voraret.
Yòdjayati,	Ayùyudjal, ut jungeret.
Abhiszàvayati,	Abhiszùszaval, ut certam cerim. facciet.
Nitschàpayati,	Niratschìtschapal, ut accumulet.
Tànayati,	Atìtanal, fecit ut extenderet, faceret.
Kàrayati,	Atschìcaral, fecit, ut faceret, fecit fieri.
Vàtschayati,	Avìvatschal, ut diceret, fecit dici.
Krapayati,	Atschikrápal, ut emeret, fecit emi.
Anugràhayati,	Anvagigrahal, ut acciperet, accipi.
Vàrayati,	Avìvaral, fecit eligi, ut eligeret.
Dhàpayati,	Adìdhapal, fecit ut exciperet.
Dàpayati,	Adìdapal, fecit ut daret.
Hàyayati,	Adjùhaval, fecit ut det accipiat.
Edhayati,	Aididhal, fecit ut augeret.
Dhvamsayti,	Pràdhvamsal, fecit ut iret.
Sàvayati,	Asùszaval, fecit ut pareret.
Hàyati,	Adjìhaval, fecit ut iret, pergeret.
Atishàyayati,	Atyashìshayal, fecit ut incubaret.
Mànayati,	Amìmanal, fecit ut existimaret.
Aashayati,	Ashishal, fecit ut obtineret.
Màrayati,	Amìmaral, fecit ut moreretur.
Pàlayati,	Apìpalal, fecit ut regeret.
Tschorayati,	Atschùtschural, fecit ut furto aufferret.
Artschayati,	Aartschitschal, fecit ut coleret.

Verba Multitudinis.

Ex verbis simplicibus fiunt verba multitudinis seu frequentativa, significantia copiam, frequentiam, aut quantitatem. Talia sunt.

Pàpatschyatè, iterum iterumque coquitur, multum coquitur.
Nànandyatè, iterum iterumque exultatur.

Vevìyatè	destruitur, perit.
Sannànahyatè	ligatur, vincitur.
Tòtudyatè	affligitur, pungitur.

Anudèdivyatè, valde luditur, iterum iterumque luditur.

Mòmutschyatè,	dividitur, separatur.
Vàvatschyatè,	dicitur, garritur.
Ròrudhyyatè,	offenditur, impugnatur.
Bòbhudjatè,	voratur.
Yòyudjatè,	jungitur, &c.
Bòbhuyatè,	est, existit, agitur.
Praeteritum I.	Abòbhuyata, fuit iterum, &c.
Imperat. I.	Bòbhuyatàm.
Imperat. II.	Bòbhuyèta.
Imperat. III.	Bòbhuyiszìszta.
Praeterit. II.	Bòbhuyantschacrè.
Praeterit. III.	Abèbhuyszdta.
Futurum I.	Bòbhuyità.
Futurum II.	Abòbhuyiszyata.
Futurum III.	Bòbhuyiszyatè.

Haec verba omnia terminatione et voce passiva usurpantur. Et hìc de Verbis satis.

CAPUT V.

SECTIO I.

De Syntaxi Nominum et Verborum.

Quae supra de nominum et verborum inflexionibus tradidimus, ad primam magnae Brahmanicae Grammaticae partem spectant, quae nuda, si ita fas est dicere, nomina et verba recenset, atque in australi India vel സിദ്ധരൂപം *Sidharùbam*, vel സരസ്വതം *Sarasvata* nuncupatur. Ea vero primae nominum sive ad invicem, sive cum verbis connexionis rudimenta, quae secundum Brahmanicas regulas jam attulimus, ad വ്യാകരണ *vyàcarana* pertinent, quae secunda est magnae Brahmanicae pars, et Σύνταξιν nominum ac verborum docet. Hanc isthic prosequimur, regulis praecipuis ex ipso libro *vyàcarana* inscripto desumptis, cujus duo exemplaria possidemus; unum accuratissima manu R. P. Joannis Ernesti *Hanxleden* e codicibus Granthamicis Academiae Brahmanicae *Triciurensis* descriptum; alterum vero a nobis jam anno 1778 ex codice Granthamico *Francisci Texeira*, indigenae Indi, et Samscrdamicae linguae peritissimi viri nocturna cura et maximo labore desumptum. Analysim et σύνθεσιν primae partis hujus Samscrdamicae Grammaticae vehementer admiratus est R. P. *Pons* in epistola ad P. *Du Haldium* data (*). Quid vero is dixisset, quo stupore is correptus fuisset, si ipse abdita *vyàcaranae* lustrasset, et penetrasset? Quare ex iis nos ea promemus, quae maxime inservire possunt Tyronibus; ampliora et uberiora in hac grammatices arte exercitatis viris relicturi, qui conatu et studio suo ipsimet plura assequi poterunt.

De Nominativo et Vocativo.

Hos duos casus construes eo fere modo, quo Latini et Graeci. v. g. രാജനയം നദധതി യെ regiam justitiam, regium jus,

(*) Lettre sur la Littérature Indienne, a *Carical*, 23 Nov. 1740 (Lettres édifiantes tom. XXVI p. 218, et suiv.)

non suscipiunt qui. ഭവാൻ കരോതി *bhavàn caròti*, ille (vir gravis) facit; ത്വം ഹസസി *tvam hasasi*, tu rides. സഃ മനഃ ദെവെ ദമയൻ ജഗതാം നാഥം വവന്ദെ, *sà mànà Dèvè damayan gegatàm Nàtham vavandè*. Ipse mente sua Deum complectens, mundi Dominum adoravit. In lib. *yudhishtiravigea*.

ഹെ ബാല ശീഘ്രം എഹി *hè bàla shicchram èhi*, heus! tu puer, vel *o puer* citò veni, citò perge. ഹെ പങ്കജനെത്ര ശൊകം ത്യജ *hè pancagia nètra shòcam tjadja*. O tu! qui nymphaeae similes (pulchros) oculos habes, tristitiam dimitte. In libro *yudhistiravigea*, ex quo persaepe constructionis specimina dabimus, quia is est elegantissimis et purissimis dictionibus et phrasibus refertus. (*) ആര്യാ ആഗച്ഛത സ്നാതുമക്ഷമ ദ്ധ്വം ഹെ തപസ്വിനഃ *àryà agatschata snàtum akshamadhvam hè tabasvinà*. Sole oriente (adveniente) lavatum (ad vos lustrandos) properate o poenitentes! In *vyàcarana* sub *vibhactyar-*

(*) Ubicunque Lector in fine dictionis hos 8 dicyclos offenderit, noverit: vocalem ultimam, cui annectuntur aliquo validiori sono et quadam aspiratione pronunciandam esse, ut v. g. in superiori exemplo *sà manà*, pronuncia, ut *sah manah*. Hoc etiam commune habere videtur haec samserdamica lingua cum veteri *Syrorum*, *Aegyptiorumque* Sermone; nam ut inquit Priscianus lib. 1. *de num. Liter. apud Veteres* pag. 549 edit. Putsch. *In Syrorum*, *Aegyptiorumque dictionibus solent etiam in fine aspirari vocales*. Quod usuvenit in multis hujus pervetustae samscr. linguae dictionibus. E contra in nonnullis nominibus, ut jam supra commemoravi, vocales aliquae in fine dictionis per dicyclos corripiuntur, atque ultimam illam vocalem correptam perdunt, integra et sana remante consonante; ut v. g. in Latina particula *vah*, et *ah*, quae teste eodem Prisciano *pag.* 548 ibi, olim *vaha* et *aha* pronunciabatur, nunc autem correpta vocali *a*, *vah*, et *ah* effertur. Eadem correptio reperitur in vocabulo *bàla* puer, supra descripto, nam in nominativo habet *bàla* seu *bàlàh* cum dicyclis; in vocativo vero perdit illos et corripitur, ac pronuntiatur cum *a* brevi, consonanti litterae *l* antecedenti alioquin congenita.

tha. ഹേ രാജൻ ധരണീം പാലയതാൽ *hè ràdjen dharanim pàlayatàl*, o rex terram guberna ! കിം പ്രാതിപദികം — ധാത്വാദയഃ കാ പ്രത്യയമസ്തി. *Kim pràtipadicam — artha vada dhàtu* r *pratyayamasti*. Quid (est) declinatio? — Nominis, verbique (variatio) mutatio est.

Haec constructio nominativi et vocativi in *vyàcarana* refertur sub *kasminarthè prathama*. Ad hujus rei intelligentiam juvat heic Brahmanicae syntaxis σχῆμα describere.

Syntaxim universam Brahmanes complectuntur VII capitibus, quae *avatàra* vocant, et haec ad nomina construenda referuntur. Primum caput est *samgnàvatàra*, quod nominum, trium numerorum, et VIII casuum notionem exhibet. Secundum dicitur *samhitàvatàra*, quod de nominum et casuum unione seu connexione tractat; hoc enim innuit dictio *samhita*, nempe copula, unio, harmonia. Ad hoc caput referuntur *Tukrsandi*, *svarasandhi*, *prakrtisandi*, *vyadjanasandhi*, *visarggasandhi*, *svàdisandhi*, quae regulae sunt accuratam, atque ad voluptatem comparatam casuum inter se harmoniam docentes, multis in *vyàcarana* exemplis illustratae. Tertium caput est *vibhactyavatarà*, quod nominum declinationes et exceptionum regulas affert, et dilucidat, eodem planè modo, quo nos eas breviter exhibuimus toto cap. II, et III, in hac nostra institutione. Quartum caput est *kàracàvatàra*, quod adverbiorum, praepositionum, pronominum, notionem exhibet, atque eorum cum nominibus et verbis unionem docet, et his IV sectionibus absolvitur: nempe *yuszmadasmatscha shabda* seu pronomine; *avya* adverbiis, inter quae praepositiones numerantur; *strìpratjayànda* mutatione seu variatione feminiorum nominum ex masculinis descendentium; ac denique *vibhactyartha*, seu explicatione et constructione casuum. Quintum caput continet regulas *avyaibhàva*, *talpurusza*, *bahuvrìhi*, *dvanda*, de quibus jam cap. III, sect. IV, V, VI, et VII breviter disseruimus. Hoc caput inscribitur *samàsàvatàra*. Sextum est *tadhitàvatàra*, septimum *samàsàntàdhicàra*, quod de plurium nominum σύνθεσι agit.

Syntaxis verborum uno locupletissimo capite absolvitur, quod

Rùbàvatàra vocant, seu formarum aggregatum; in quo pariter VII sectiones numerantur, quae sunt: *Dhàtucaparitschèta prathama*, id est, verborum usus in casu primo seu nominativo; *yakrparitschèdò dvidia*; *prakria paritschètastridia*; *tschinval paritschèta tschatùrtha*; *Sanrdyantanayà paritschèta pantschama*; *krtantanaya paritschèta*; quae sectio varia supina et participia verborum pertractat; denique *saptama paritschèta*, in qua sectione verba effectiva, anomala et frequentativa inflectuntur et elucidantur.

Immensi laboris opus esset has regulas cum suis exemplis in apricum proferre, neque ex iis Lectori Nostro magna utilitas obveniret. Quare neglectis permultis, ea quae ad linguae nucleum pertinent, illustrabimus.

SECTIO II.

De Accusativo seu secundo casu Brahmanico.

Accusativus construitur cum verbis activis, sicut apud latinos, v.g. ഗൃഹം ഗച്ഛതി domum pergit; ഭ്രാതരം ദൃഷ്ട്വാ തം സൂതം രുരുദുഃ *bhràtaram àlòkya tam sùta rurudu*: fratrem videndo (fratre viso) ipsum filii planxerunt, fleverunt; കാണ്ഡം ഛിനത്തി *càndham lùnàti*, baculum scindit; സുമനം സംസതി bonum numen celebrat, laudat; കരിണം നയതി elephantem ducit.

Verba, quae significant actionem *eundi*, praeter accusativum possunt habere dativum primum, v. g. ഗാവഃ ഗോഷ്ഠം ഗച്ഛന്തി, *gàvò khòszam gatschanti*, vaccae stabulum petunt (eunt), vel ഗാവഃ ഗോഷ്ഠായ ഗച്ഛന്തി vaccae stabulo se inferunt, eunt ad stabulum.

Verba *dogdhi* mulget; *yàtschatè* petit, rogat; *runadhi* offendit, cogit, invadit; *vrtschati* interrogat, quaerit; *anushàsti* imperat, praecipit; *abatschìnòti* privat, spoliat; *nayati* ducit; *vaha-*

tì vehit, *brutè* dicit, loquitur, *haratì* auffert, eripit, et verbum *karszatì* admittunt duos accusativos, v. g. *Gàm payò dogdhi*, vaccam lac mulget, seu ex vacca lac mulget. *Dèvadattam bhòdjanam yàdjatè*, divinum donum (res diis datas, oblatas) comestionem seu cibum petit. *Brahmanà Nrbam bhòdjanam yàdjatè*, Brahman Regem cibum (prandium) rogat. *Krìdham putram yunadhi*, ad lusum filium cogit, sollicitat, impellit. *Nàtham pùpam bhikschatè*, dominum panem petit, seu panem petit a domino. *Gòpam panthànam pratschati*, pastorem viam quaerit, interrogat, ex pastore viam sciscitatur. *Kumàrim varam brutè*, virgini bonum auspicium dicit. *Shiszyam dharmam anushàsti*, discipulo virtutem praecipit, *vrkscham abatschinòti phalàni*, arborem spoliat fructibus. *Adjam gràmam nayati*, ovem ad pagum ducit. *Karinnà bharam graham vahanti*, elephantes onus domum vehunt. *Gòpam adjam haratì*, pastorem (a pastore) ovem eripit. Sed melius dices: *Gòpàt adjam harati*, ex vel ab pastore ovem eripit.

Verba *effectiva* ex activis progenita postulant duos accusativos: v. g. *Bhrtyam àpanam gamayati*, servum in urbem mittit, id est, facit ire. Heic verbum *gamayati* est verbum effectivum verbi *gatschati* pergit, it. *Muni shiszyam shàstram avagamayati*, muni (monachus gentilis) discipulum scientiam docet, in scientia proficere facit. Heic verbum *avagamayati* est effectivum verbi activi *avagatschati*, proficit, progressum facit. *Màtà sutam pàyasam bhòdjayati*, mater filium lacticinium comedere facit.

Quando verba effectiva progenita sunt ex neutris, tunc unum solum admittunt accusativum, v. g. *Muni àshìszam vadati*, muni apprecationem boni dicit, fit effectivum: *Muni ashìzam vadayati*, muni benedictionem facit dicere. *Rògui svabiti*, infirmus dormit, fit effectivum: *Bhìszagròguinam svàbayati*, medicus infirmum facit dormire. *Ashva tatra tisztati*, equus ibi stat; fit effectivum: *Ashvam tatra stàbayati*, equum ibi sistit, collocat.

Verba *harati* eripit, *karòti* facit, dum fiunt effectiva admittunt duplicem accusativum, vel loco accusativi personae affectae admittunt ablativum primum in *èna*, v. g. *Ràdja rakschacam tschòràt dhanam harayati*, rex per gubernatorem (a Praefecto) divitias a fure eripi facit, id est, rex jubet per Praefectum a fure di-

vitias aufferri. Haec eadem constructio cum ablativo primo reddetur: *Ràdjà rakschaghènna* rex per praefectum, *tschòràt* a fure, *dhanam* divitias, *karayati* aufferre facit. *Ràdjà kàrum tschacram kàrayiszyati*, rex fabrum rotam facere jubet, vel *ràdjà kàrunà*, rex a fabro, per fabrum, *tschacram* rotam vel circulum, *kàrayiszyati*, fieri jubet, fieri facit.

Adverbia *dhikr*, vah; *ubhayata*, utrobique, ex utraque parte; *sarvata*, ex omni parte; *upari* ex superiori parte; *adhi* super, supra; *adha* infra; *abhità* circum; *samayà* circa, prope; *nikaszà* prope, ad, circa, pone; *hà*, vah, petunt accusativum. Sic dicitur: *puram samayà nadì*, prope urbem fluvius; *puramubhayatò nadì*, ex utraque urbis parte flumen. Eumdem *Accusativum* postulant adverbia seu praepositiones *ubaryuvari*, *adhyadhi*, *adhòdha*, *parita*, v. g. *Parvatam adhòdha*, circa, prope montem; *parvatam adhyadhi*, circa montem, apud montem. *Puram sarvata tscharati*, ex omni urbis parte circulat, ubique per urbem volat.

Verba quibus praeponuntur *uba*, prope, vicinum, *anu* post, continuo, consequenter, *adhi* super regunt accusativum, v. g. *mama grham ubavasati*, meam prope domum habitat; ubi vides *ubavasati*, prope habitat, accolit, compositum esse ex *uba* prope, et *vasati* habitat. *Palyacam adhishètè*, super lecticam jacet. *Aasanam adhyàste*, super sedem sedet. *Puram adhì tisztati*, supra urbem stat. *Gràmam anuvasati*, post districtum Brahmanum habitat, id est, pagum Brahmanum accolit.

Praepositio *antarèna* inter, et *vinà* sine, admittunt accusativum, v. g. *màmtscha tvàmtscha antarèna*, inter me et te. *Djàyàm vinà adjihìta*, sine uxore ivit: melius scribes, *Djàyàm vinòdgìhìta*.

Nomina indicantia mensuram *temporis* vel *viae* petunt accusativum, v. g. *Màsam adhìtavan dèvadatta*, mensis praeteriti divinum donum, id est, quod uno ab hinc mense diis oblatum fuit. *Màsam* mensem est in accusativo. *Kròsham cudtilà nadì*, flumen dimidiam leucam obliquum. *Jodjanam dìrkà nadì*, unam leucam longum flumen.

SECTIO III.

De III casu, seu ablativo I causae, societatis, vel instrumenti.

Verba *Passiva* omnia hunc ablativum regunt, ut apud latinos, v. g. *Shighinà hata sarpa*, a pavone occisus coluber. *Hastinà hatò cucuda*, a manu occisa gallina. Perspicis heic ablativum *shighina* a pavone, et *hastinà* a manu. Huc pertinet etiam ablativus *causae*, *instrumenti*, *societatis*. *Kuddàrènna vrkscha tschidyate*, securri arbor scinditur. *Shàstrènna yathà vardhatè*, scientiâ celebritas (fama) accrescit, augetur. *Dhanèna kulam èdhyatè*, divitiis familia augetur. *Duszcrtèna naracam anubhuyatè*, peccato infernus obtinetur. *Vidyàyà succham grhayatè* scientiâ voluptas apprehenditur. *Sutèna pità stita*, per filium pater vivit, stat, consistit.

Kavibhi nagarì pàlyatè, per homines doctos (hominibus doctis) urbs gubernatur. *Dhanuszà prahriyatè sharuni*, arcu configitur, occiditur avis. *Rakschakènna dhanam hàrayati*, per praefectum, a praefecto divitias eripi facit. *Tava dhanèna kim phalam aashyathà*, a tuis divitiis quem fructum consecutus es?

Verba *eundi* pariter hunc postulant ablativum, nempe *viae*, et subjecti in quo via conficitur, v. g. *pathà yàti*, per viam proficiscitur. *Sètunà gatschati*, per vallum seu aggerem pergit. *Vàginà dhàvati*, equo currit. *Nàvà dìvyati*, naviculâ ludit; et his similia, quae vide in *vyàcarana* sect. *Vibhactyarthà* in *kutràrthè tridìa* seu in constructione tertii casus.

Praepositiones *Saha*, *sàcam*, *sàrdham*, nempe *cum*, *simul* petunt hunc ablativum, sicut apud latinos v. g. *Putrènna saha pità grhè adhyàstè*, cum filio pater in domo, domi sedet. *Djàyayà sàcam gata padi*, cum uxore pergens maritus. *Kanyà saha bàla*, cum virgine puer.

Nomina *vitium*, seu defectum corporis vel animi significantia postulant hunc ablativum, v. g. *Palbhyàm pangu*, pedibus claudus. *Akschnà Kàna*, oculis parvus. *Grìbà cuntschita*, collo curvus, inflexus, obliquus. *Gàtrèna kharva*, corpore pigmaeus, parvus, obesus. *Udarèna pratschur*, ventre magnus.

Verba composita ex *sam* simul, cum, desiderant hunc abla-

tivum, v. g. *Màtrà sandjanitè*, simul cum matre progenitus, matri congenitus est.

SECTIO IV.

De IV casu, seu dativo *cui fini*.

Hic dativus est commodi, boni, emolumenti, et *finis* propter quem aliquid fit. v. g. *Mànuszàya hitam*, homini utile. *Vrkschàya phalam hitam*, arbori fructus utilis. *Ràdjabhyam gòpyam kushalam*, regibus secretum utile, bonum. *Ràdjà sarva munibhya bhikschàm adadàl*, rex omnibus poenitentibus elemosynam dedit. *Kundhalàya hirannyam*, inauribus aurum. *Tùpàya kalpitam adìdaval*, columnae (in sacrificio *yàga*) firmitatem fecit dare. *Yadjnàya havi*, sacrificio (*yàga*) butyrrum. *Djàtà viprà sva karmanè*, nati Brahmanes suo officio. *Dharmàya samyamam*, virtuti (exercendae) tempus accommodum. *Samyamàya shrudam dhatè pumàn*, tempori obediens vir, nempe vir tempori se accommodans. *Dharmam mòkschàya karòti*, virtutem beatitudini (propter beatitudinem, gloriam) operatur, facit. *Vàtàya kabilà vidjul, dàtapàyà atilohini, pìta vrszàya vidjnèya*, vento caeruleum fulgur, siccitati valde rubrum, flavum pluviae (significandae) dignoscendum.

Verba significantia gustum, placitum, delectationem, adulationem, imprecationem, diffidentiam, iram, impatientiam, detrimentum, criminis et culpae impositionem construuntur cum hoc dativo, v. g. *Dèvadattàya ròtschatè mòdaca*, placet, sapit divinum donum affectuoso; ubi notandum ad litteram reddendum esse: *Divino dono arridet affectuosus vir*. *Dusztàya ròtschatè tschòra*, malo, peccato arridet fur. *Yadjnadattàya svadatè pùpa*, sacrificii dono arridet, sapit panis, id est, panis placet in sacrificio *yàga* in donum oblatus. *Bàlàya svadatè paya*, parvulo sapit lac. *Mama svadatè djagdhi*, mihi sapit comestio, cibus. *Svàminè shlàgghatè shunaca*, domino adulatur canis. *Ràdjà mitràya nihnutè*, rex inimico diffidit. *Nàthàya ìrszyati bhrtya*, domino irascitur servus. *Kàmine tiszdtati vèshyà*, luxuriae adstat, arridet meretrix. *Tschòràya shàbatè dvigia*, furi imprecatur Brahman.

Puszpàya sprhayati nàri, floribus arridet, flores concupiscit mulier. *Phalàya sprhayati vil*, fructus desiderat agricola. *Sakhyè asùyati durdjena*, amico detrahit malus vir. *Mitràya druhyati dhùrtta*, amico nocet deceptor. *Svasrè krudhyati agradja*, sorori irascitur frater, contra sororem excandescit. *Nàthàya shlagghatè bhrtya*, domino adulatur servus. *Ràdjàmitràya nihnutè*, rex inimico diffidit. *Amitra* est inimicus, *mitra* amicus.

Adverbia *nama*, *svasti*, *svàha*, *svadhà*, *alam*, *vaszal* postulant hunc dativum, v. g. *Namò dèvèbhya*, adoratio diis. Formula orandi est gentilium Indorum. *Sarveshvaràya namà*, universi Domino adoratio. *Dèvàya namà*, Deo adoratio. *Gannabadàya namà*, Jano (deo Indico) domino adoratio. *Shivàya namà*, Shiyae deo adoratio. *Sal guruvè namà*, bono magistro (nempe Deo *Ganneshae*) adoratio. *Sarva mitràya namà*, universi amico (nempe *soli*) adoratio. Gentilicae precandi formulae sunt istae. *Dèva màtrè namà*, Dei Matri (nempe B.V. Mariae) veneratio. *Màtre svasti*, matri salus, salve mater. *Svasti Bràhmanèbhyà*, salus Brahmanibus, *punyavatè svasti*, ave vir sancte, bene sit sancto, salus viro virtute praedito. Bonum apprecandi formulae sunt istae, ut apud nos *salve*, *ave*, *salus* &c. *Agnayè svàha*, benedictio tibi o ignis, salve ignis. *Svàhàgnayè*, salus tibi o ignis. Exultandi et apprecandi formula gentilium in sacrificio *ignis*, dum eum ut deum suum invocant, excitant, et sacrificium ignis instruunt. Ambo haec ultima adverbia significant *bonum*, *felicitatem*, *prosperitatem*, *salutem*, *incrementum*, et correspondent nomini nostro *Benedictio*. Ita pariter: *Svadhà pitrbhyà*, requies, dulcissima quies, gaudium Parentibus. Formula, qua Gentiles Parentibus defunctis aeternam quietem et gaudium apprecantur, vel eos in vivis salutant: nempe bene sit parentibus, dulcis quies parentibus! *Alam*, significat *bene*, *satis*, *pulchre*, et construitur cum hoc dativo: v. g. *Alammitràya*, satis amico; *alammè Bhàgya*, satis mihi felicitas haec.

Ex adverbio *Alam* multa construuntur nomina Samscrdamica, ut *Alambhàva* pulchra, sufficiens opinio. *Alamcàram* ornatus, pompa. *Alancrta*, vir ornatus, *alancrtà* mulier ornata &c.

Ad *Tàdarthyam* seu ad Dativum *cui* referuntur etiam no-

mina bonum, commodum, aut utilitatem significantia, ut sunt *shivakyam*, *madra*, *bhadra*, *cushala*, *suggha*, *artha*, *hita*. E. g. *Kshetriyàyahitam*, regibus bonum, utile. *Suhrdèbhadram*, amico bonum. *Mama cushalam*, vel *Mahyam cushalam*, mihi bonum. *Patrinè suggham* avi volupe; *mè suggham*, mihi volupe.

Praepositio *pradi*, ad instar, pro, contra, adversus, juxta, hunc regit Dativum, etiam in verbis quae ex ea componuntur: v. g. *Ràgià amàtyàya pradishushruvè*, rex consiliario suo econtra obsequitur, famulatur. Huc refertur etiam praepositio *anu*, quae verbis conjungitur, et significat, *post*, *postea*, *deinde*, *juxta*, *conformiter*, ac saepissime praedictae propositioni *pradi* opponitur, v. g. *pradivàdam* responsio contraria, *anuvàdam* assensus, facultas, licentia. *Pradiculam* res contraria adversitas, *anuculam* tranquillitas, quies, res commoda, beatitudo. *Pradigamanam* gressus ex adverso, *anugamanam* sequela, comitiva, obedientia. Ex his duabus praepositionibus infinita nomina et verba Samscrdamica componuntur, ut v. g. *bhavam* vel *bhava* existentia, *anubhavam* fruitio, lucrum, fructus alicujus rei, *anumati* consensus ex *matì* opinio. *Anunayam*. res rationi consentanea. *Shàsana* correptio, castigatio, *anushàsana* conservatio. *Bala* vis, *pradibala* vis aequalis contraria. *Pratìci* occidens, quia opponitur Soli Orienti. *Pradìndriam* res invisibilis, seu talis quam sensibus assequi non possumus. *Pradishruta*, echo, vox repercussa. *Pradidhvani* idem. *Pradiyòghì* inimicus. *Pradiyòdhàva* miles ex adverso. *Pradisìra* cortina fenestrae, vel cortina simpliciter. *Pradimà* similitudo, figura, idolum, imago. *Pradibimba* idem, *Pradicrià* cuniculus, *contromina* &c. Haec omnia construuntur cum Dativo *cui*, v. g. *mama ghirè pradivàdam*, meo verbo responsum. *Karibhya pradicàsham*, res elephantis similis. *Mè* vel *mahyam pradishrayam*, mihi asyllum, refugium. Hae regulae vocantur *Kasminarthè tschaturthi*. Sequuntur regulae *Kasminarthè pantschami*, seu regulae v. Casus.

SECTIO V.

De V. Casu, seu Ablativo secundo.

Hic ablativus respondet nostro Ablativo *ex*, *ab*, *a*, *de*, *sine*, *ex* hac parte, *ex* illa parte, *pone*, *prope*, *longe*, *usque*. Singula illustremus.

I. Toties quoties in latina constructione occurrit *ab*, *a*, *ex*, *de*, hic ablativus est usurpandus, v. g. *Gràmàdà gatschati*, it, pergit, venit de territorio seu pago Brahmanum. *Bhubhrtò vatarati*, seu sine elisione, *Bhubhrta avatarati* ex monte, de monte descendit. *Tschòràl harati*, seu cum elisione et liquidatione de qua postea, *Tschòraddharati* a fure auffert.

II. Verba *giugupsati* seu *djugupsati*, *viramati*, *pramàdyati*, et alia quae discessum, vel motum, aut horrorem, quo quis se ab aliqua re amovet, significant, hunc postulant ablativum, ut in Latinis, v. g. *adharmàl giugupsati*, amovet se, abhorret ab injustitia, a malo. *Adharma* malum, peccatum, injustitia. Cum liquidatione litterarum melius scribes, *adharmadjgiugupsati*. Ita pariter, *asatyàdviramati*, abhorret a falso, detestatur falsitatem. *Satya* veritas, justitia, juramentum, *asatya* falsitas, mendacium, injustitia. *Shrutè pramàdyati*, Ab obedientia se subtrahit &c.

III. Verba *gignendi*, *timendi*, *liberandique*, ut in Latinis, hunc regunt ablativum, ut *vyàccràl bibhèti*, a tigride timet, *tschòrèbhya udvidjatè* a latronibus abhorret. *Pàbàtràyatè Bhagavàn*, a peccato liberat *Bhagavan*, id est, Deus *Shiva*. *Tschòrèbhyò rakshati* a furibus protegit, liberat, redimit. *Aghnè tushnò djàyatè*, ex igne lux nascitur. *Vàrinnà djàyatè padma* ex aqua gignitur nymphaea. *Vrkshàl prabhavanti pushpàni* ex arbore nascuntur flores.

IV. Nomina *anya* alter, alius; *itara* alius; *bhina* alter, alius, item praepositiones *àràl* prope, *à* usque, *rutè*, vel ut alii scribunt *ritè*, sine, petunt hunc ablativum, v. g. *vidyàyà ritè na Samrdhi*, sine scientia non (datur) splendor, divitiae. *Bhagavata ritè na mucti*, sine Deo Shiva non (datur) gloria. *Grhàdanyò vihàra* a domo aliud est templum, id est, aliud est

domus, aliud templum: *Gràmàdàrannadì* prope pagum Brahmanum (adest) flumen. Flumen ad pagum. *Svàmina itarè Sèvaca*, aliud est dominus, aliud servus, seu aliud servus a domino. *Aa vrkschàl* usque ad arborem. *Aràl* significat *prope*, item longe seu *in distantia*.

V. Locus et tempus respectu alterius loci et temporis ponuntur in hoc ablativo, v. g. *iyam gràmàl pùrvadicr*, respectu pagi orientalis haec regio. *Ayam nagaràl pùrvò dèsha*, respectu urbis orientalis haec provincia, seu ab urbe provincia ad orientem sita. *Gràmàl dakschinà vasati* a pago ad meridiem habitat. *Nagaràd uttarà vasati*, ab urbe ad Boream habitat. *Samavalsaràl purvò màsa*, ab anno praecedens mensis, seu mensis annum antecedens. *Gràmàd uttaràhì vasanti tschandhàla*, a pago ad Boream utique habitant *Parea* (vilissima tribus) foex plebis. Haec nomina *loci* et *temporis* etiam construi possunt cum VI casu seu nostro Genitivo, v. g. *Gramasya dakschinatò vasati*, pagi ad meridiem habitat, ad meridiem pagi habitat. *Gràmasyòttaratò vasati*, pagi ad septemtrionem habitat. *Gràmasya purasta d vasati*, pagi ad ortum habitat. Dici etiam potest, *nagaràl dakschinata* ab urbe ad meridiem, *nagarasya dakschinata* urbis ad meridiem, *grahasya parastàl bhavati*, domûs ad ortum existit &c. *Dakschinata* significat ex parte meridionali, *uttarata* ex parte boreali, *Purastàl* et *parastàl* ex parte orientali: quae junguntur cum ablativo vel genitivo.

VI. Adverbia *Prthacr*, *vinà*, *nànà* sine, absque, admittunt accusativum, ablativum primum aut secundum, v. g. *Djànè nànà lakshmì*, sine sapientia pulchritudo, opes. *Gràmèna prtag-vihàra*, vel *gràmàl prtag-vihàra*, sine pago delubrum.

Hoc eodem modo construitur *dùram* distans, *anticam* et *abhyàsham*, propinquum, vicinum, v. g. *Dùram nagarasya*, vel *dùram nagaràl* distans ab urbe, *anticam nagarasya*, vel *anticam nagaràl*, urbi vicinum.

SECTIO VI.

De VI casu seu de nostro genitivo et dativo.

Apud Brahmanes terminatio *genitivi* et *dativi* non distinguitur, ut olim apud veteres Graecos indistinctam fuisse probabile est. Id saltem certum et perspicuum est, Graecos olim hos duos casus promiscue usurpasse; quod hodiedum factitant Brahmanes. Circa hos notanda sunt sequentia

I. Ex duobus substantivis non continuatis unum ponitur in genitivo, e. g. *Samudrasya tìram*, maris fluctus, maris unda. *Suhrdò dhanam* amici opes. *Strìyà rùbam* mulieris forma, imago. *Ràdja putra* regis filius. *Pashò pàda* animalis, bovis pes. *Gurunàm vatschanam* magistri verbum. *Pàyasasya bhècta* lacticinia comedens. *Pushpànàm ghandha uttama* florum odor optimus. *Priyànàm madhuram* amoris dulcedo.

II. Gerundia ex Futuro primo progenita, ut *Kartavya* faciendus, *Kartavyà* facienda, *Kartavyam* faciendum, *vactavya* dicendns &c. postulant genitivum, aut ablativum primum, e. g. *Mama kartavyam* mihi faciendum, vel *mayà kartavyam*, opus a me, per me faciendum. His Gerundiis correspondent *Karanìya*, *Bhavanìya*, *nahyanìa* &c., ac proinde, cum ejusdem sint valoris et significationis cum illis, cum iisdem casibus sunt construenda, e. g. *Mama Karannìyam* mihi faciendum opus, vel *mayà Karannìyam* per me, a me faciendum opus. *Bhavatà Karannìyam* a sua dominatione faciendum opus.

III. Verbum *djànitè* seu *giànitè* cognoscitur, dignoscitur, postulat hunc casum, e.g. *Madhunò giànitè phalam*, per succum, per dulcedinem dignoscitur fructus. *Sarppiszò djànitè* per crassitiem cognoscitur. Hic igitur est casus *medii*, *artis*, et *industriae*, qua quid cognoscitur.

Verba *smaratì* meminit, recordatur, *Dayatè* miseretur, compatitur, *ishdtè* gratum est, placet, sapit, arridet, petunt hunc casum, e. g. *Tvam dèvasya na smarasi*, tu Dei non recordaris. *Sa dayatè dìnasya*, ille compatitur misero, infirmo, miseretur infirmi.

Verba *djàsayati*, *niprahanti*, *piszyati* significantia necem seu occisionem alterius sive ense, sive sagitta, aut alio quocumque

modo, postulant hunc casum, e. g. *Ràdjà arìnnàm niprahanti* rex inimicos interfecit. *Maharàdja sacchala shatrunnàm djàsayati*, Imperator omnes hostes occidit, delevit. *Ràma rakschasànnàm parvatèna pipeszè*, Ràma larvas, malos genios, monte obruit, interfecit.

IV. Nomina similitudinis aut dissimilitudinis, seu cujuslibet comparationis admittunt dativum aut ablativum primum, e. g. *Kamalèna samam vactram*, cum nymphaea (nymphaeae) similis vultus. *Samam*, res similis vel aequalis. *Vactrasya sadrshashashì*, vultui similis Luna. *Sadrsha* similis, speciem, figuram, formam praeseferens.

Nomina *Tulà* et *ùbamà* similitudo, species, admittunt solum dativum, sic, *Tulà krshnasya na*, non datur similitudo dei *Krshnae*. *Ràmasya nà styubamà*, non reperitur similitudo dei *Ràmae*, id est, nemo deo *Ràmae* similis. *Kamalasya nàstyubamam pushpam*, non datur nymphaeae flos similis.

V. Nomina *Superlativa*, item nomina *dominii*, *proprietatis*, *commodi* seu *utilitatis* et *lucri* petunt hunc casum, aut dativum primum, e. g. *Gavàm krshnà sambana kshìra tamà*, vaccarum nigra lactis ditissima, fertilissima. Recte usurpatur cum superlativis etiam casus VII, seu *in*, *inter*, ut apud latinos, e. g. *Gòszu krshnà sambana kshìra tamà*, in vaccis, vel inter vaccas nigra lactis fertilissima. *Tama* denotat superlativum. Ita etiam: *Manuszyànàm kschetrìa shùratama*, *kschetrìa* (vir ex tribu regali) hominum generosissimus, fortissimus. *Manuszyèszu kschetrìa shùratama*, in hominibus, vel inter homines *kschetrìa* generosissimus. *Gavàmsvàmi*, vaccarum dominus, vel *gòszu svàmi*, aut contracte *gòsvàmi* vaccarum dominus.

Nomina utilitatis, ut *àshiszyam*, *madra*, *bhadra*, *cushala*, *suggha*, *artha*, *hita*, de quibus in IV casu egimus, pariter hunc admittunt casum, non tamen ablativum, e. g. *mànuszasya hitam* homini utile, vel *mànuszàya hitam*, homini utile. Hae regulae sexti casus vocantur *kasminarthè szaszti*. (*)

(*) Id est, *in qua significatione usurpatur casus sextus?* Deinde propositae quaestioni ibidem respondet, et regulas firmat.

SECTIO VII.

De VII casu seu ablativo quietis et numeri.

I. *Adharòdhi karanam* seu subjectum in *quo*, postulat hunc ablativum ut apud latinos, e. g. *Aagàshè pakshì tscharati*, in aere avis volat, circulat. *Tilè taillam*, *nadyàm mìnam*, in sesamo oleum, in flumine piscis.

Ablativus absolutus, seu temporis, quo aliquid agitur huc pertinet, e. g. *Udayati Bhàsvati djàtò ràdja putra*, ortu solis, oriente sole natus regis filius. *Vrszati dèvè tschòra àyàta*, hyeme, tempore pluviae ad delubrum, ad idolum fur venit.

Anàdara yuctè bhàva lakschanè bhàvata, id est, actio, quae nihili ducitur, aut non curatur, hunc petit ablativum, aut genitivum, e. g. *Aagatschati parabalè svayam krìdhati ràdjà*, veniente hostis exercitu ipse rex ludit, vel *aagatschata parabalasya svayam krìdhati ràdja*, advenientis exercitus accessu ipse rex ludit, jocatur. *Aacròshatsu djaneszu gatassa tschòra*, vel *aacròshatàm djanànàm gatassa tschòra*, acclamantibus hominibus discessit ille fur, vel clamantium voces parvipendens abiit ille fur.

Nomina *Svàmi* dominus, *ìshvara* dominus, *adhipadi* princeps, dominus, *dàyada* filius, *sàkshi* testis, *pradibhu* contrarius, hostis, adversator, *prasùta* partus, res enixa, postulant vel hunc ablativum vel genitivum, e. g. *gavàm svàmi*, vel *gòszusvàmi*, vaccarum dominus, vel in vaccis dominus. Nomina *prasita* et *utsuca* pariter ablativum istum, vel tertium casum admittunt; quae omnia uberrime tradita vide in *Kàràcàvatàra*; et haec de syntaxi sufficiant, regulas enim omnes tradere maximi foret laboris.

CAPUT VI.

De Analysi Nominum, de Adverbiis, Praepositionibus et Conjunctionibus.

SECTIO I.

De Conjunctione et Separatione dictionum.

Tandem pervenimus ad id, quod in lingua Samscrdamica maximam difficultatem facessit. Dictiones nempe hujus linguae per litterarum elisiones et mutationes ita inter se copulantur et adstringuntur, ut integra linea vocabulum aut verbum unicum esse videatur; quia naturalis dictionum situs et nominum terminatio per litterarum elisionem tollitur, ac proinde primigenia significatio tenebris obvolvitur. e. g. haec propositio: *Ràmasya nàstyubamà*, *Ramae deo non datur*, *non est similis*, suo naturali situ scribi deberet hoc modo: *Ràmasya na asti ubamà*, Ramae non est similitudo. Verum quia post *na* sequitur iterum vocalis *a* in voce *asti* est, hinc fit, ut vocalis *na* et prima in *asti* liquidentur, contrahantur, et duae breves vocales in unam solam, nempe in *a* longum transeant. Ex his igitur elisis et contractis fit *nàsti*, cum ultima vocali *i*, quae quia iterum concurrit cum vocali *u* sequentis vocabuli *ubamà*, e medio tollitur, sed sui loco recipit litteram *y*, quae iterum in se recipit formam et sonum sequentis vocalis *u*, unde consurgit dictio *nàstyubamà*, non est similitudo.

Hae contractiones, elisiones et mutationes hujus linguae imperitis ansam dedere eam in crimen ducendi, quasi ea longissima vocabula haberet, quibus enunciandis nullus halitus, nulla anima sufficiat. Quare D. *Carnac*, accademiae Calcuttanae Socius, vir armis magis quam linguis idoneus, verbis et nominibus Samscrdamicis compositis *centum quinquaginta*, et amplius syllabas inesse credebat, neque idem asserere verebatur. *A compound word of an hundred and fifty-two syllables*. Videsis D. I. Frid. *Kleuker* tom. II *Abhandlungen uber die Geschichte und Alterthumer Asiens*, pag. 10, Riga 1795 — Simile quid suspicatus est

D. G. *Jones*; sed sobrius, quia hujus linguae peritior. Nunc igitur heic regulas trademus, dictiones Samscrdamicas quascumque separandi et componendi, quibus rite perspectis comparebit, in hac lingua, ut in aliis veteribus, omnia verba et nomina in monosyllaba, bisyllaba, et trisyllaba, aut paullo plus resolvi; falsumque omnino esse, quod hi viri asseruerunt.

I. Regula. Quando aliquod nomen desinit in vocalem vel dyphtongum, et non habet sibi annexum signum interruptionis seu suspensionis quod exprimunt ◌ः dicycli, *visargga*, seu signa separationis dicti, et si deinde sequens nomen iterum incipiat a vocali vel dyphtongo simili praecedenti, tunc duo haec nomina contrahuntur in unum, ita tamen ut vocalis vel dyphtongus contracta fiat longa. e. g. *Danda agram*, dentis elephantini apex, contrahe, et scribe *dandàgram*. Ita scribes: *dadhìha* loco *dadhi iha*; *madhùttamam* loco *madhu uttamam*; *shòbhitàhassa* lucidus dies, loco *shòbhita ahassa*; *sarvète* loco *sarve ète* &c.

II. Regula. Nomen desinens in *a* vocalem mutat eam in *e* vocalem, si sequens nomen incipiat ab *i* vocali, e. g. *Sarva isha* universi dominus, scribe *sarvèsha*.

III. Regula. Nomen desinens in *a*, sequente *u*, mutat vocalem *a* in *o*. v. g. *Tava udaram* tuus venter, scribe *tavòdaram*.

IV. Regula. Nomen desinens in *a*, sequente *e*, mutat *a* in *ei*, v. g. *tava èsza*, scribe *taveisza*.

V. Regula. Nomen desinens in *a*, sequente *o* mutat *a* in *au*. v. g. *Tava odanam*, scribe *tavàudanam*.

VI. Regula. Nomen desinens in *a*, sequente *au* mutatur in unum solum *au*. v. g. *Tava autsucyam*, scribe *tavautsucyam*.

VII. Regula. Nomen desinens in *a*, sequente *iru*, seu *ru* non perdit vocalem *a*, sed mutatur *iru* in *ir* seu *r*, quod transfertur in syllabam sequentem, v. g. *Purusza iruszabha*, scribe *paruszarszabha*, *maha iruszi* magnus sapiens, magnus doctor, scribe *maharszi*, et corrupte *mahariszi*.

VIII. Regula. Nomen desinens in *i* sequente alia vocali, contrahit vocalem *i* cum vocali sequente, v. g. *Dandhi atra*, contrahe et scribe, *dandhjatra*, *shami atra*, scribe *shamjatra*, *iti uctam*, scribe *itjuctam*, *prati irnam* scribe *pratjurnam*, *ubari aishvryam* scribe *ubaraishvryam*.

IX. Regula. Nomina desinentia in *u* vocalem pariter contrahuntur cum sua vocali sequente, v. g. *Madhu atra*, contrahe et scribe *Madhvatra*. Quae desinunt in *ru* (*ri* Indostanis ad Boream), ea mutant syllabam in *ra*, v. g. *Pitru artham*, patris divitiae, scribe *pitrartham*. Si vero desinant in *au*, retinent *a* longum, et vocali conjungendae praeponitur, *v*, ut *vrkshau ubhau* arbores ambae, scribe *vrkshàvubhau*. Haec de vocalibus, nullis dicyclis, seu signo 8 separationis et suspensionis insignitis dicta sunto, nunc ad nomina dicyclis notata progredimur.

Reg. I. Nomen desinens in *a* breve cum signo visarga seu cum 8 dicyclis notato, sequente *a* brevi mutat *a* in *o*, et fit elisio, v. g. *ananta* 8 *abravil*, scribe *anantòbravìl*.

Dum post *a* breve sequitur una ex consonantibus *g* (gimel hebraicum), vel *ggh*, aut *dj*, vel *d*, aut *dh*, vel *n*, vel *bh*, aut denique *m*, *y*, *l*, *v*, *h*, mutatur *a* in *o*, et fit contractio, v. g. *Ishvara* 8 *Dèva*, Dominus Deus, scribe *Ishvaro dèva*. Ita *nrba* 8 *gatschatì*, rex ambulat, pergit, scribe *nrbo gatschatì*.

Nomen desinens in *a* sequente *tsch*, seu *cia* Italico retinet suum *a* breve, et exstincto signo correptionis seu Visargga, accipit duplex *tsch*, seu *cia* compositum ex littera sexta, et vigesima octava; sic *Dèva tscharatì*, numen deambulat, circulat, scribe *Dèvatscharatì* cum littera *tsch* seu *cia* robustius pronunciata. Ita duplicantur *sha* seu *scia*, item *sza* et *s*, dum ante se habent *a* breve, v. g. *Krùra shatru*, crudelis inimicus, scribe *Krùrashshatru*, *dìvya suggham* caelestis voluptas, scribe *dìvyassuggham*.

Littera *a* ante *t*, et *td* seu decimam consonantem in nostro alphabeto descriptam manet intacta, sed litterae *t* sequenti imponitur littera *s*, et litterae *td* super imponitur littera *sz*, v. g. *Mana* animi, *tàbam* dolor, scribe *manastàbam*, animi dolor, contritio.

Littera *a*, *i*, *u*, ante *dh*, *p*, *r*, *k*, *ksh*, remanet immota, sed litterae sequenti *p*, et *ph*, *k*, imponitur littera *sz*, v. g. *dukrdam*, scribe *duszkrdam* peccatum, opus malum, *niphalam* scribe *niszphalam*, res in fructuosa, inutilis.

Littera *u*, ante *kha* postulat visarggam seu diccylos 8, signum correptionis et suspensionis, v.g. ꦢꦸ8 ꦏꦲ ꦀ *du* 8 *kham*, tristitia, dolor.

Reg. II. Nomen desinens in vocalem *i*, *u*, *o*, et diphtongum *au* cum signo *visargga*, uti etiam desinens in *ai*, seu *ei*, subsequente littera *ga*, *kha*, *dja* seu *gia*, *n*, *ddh*, *d*, *dh*, *b*, *bh*, *m*, *j* seu *y*, *l*, *v*, *h*, facit, ut duplicetur haec subsequens consonans addito eidem *r*, seu imposito eidem signo *r*, litteram *r* exprimente, v. g. *Ari dviszta*, dic *arirdviszta* inimicus hostilis, *shatrunnikrszta* scribe *shatrurnnikrszta* inimicus crudelis, *ubhayògea* scribe *ubhayorggea*, ambi victores.

Nomen desinens in praedictas quinque vocales subsequente eidem alia vocali, v. g. *a*, admittit in medio litteram *r*, v. g. *ruci àpta*, scribe *rucir àpta*, *shatru ida* dic *shatrurida* inimicus isthic, *ribu uttama* scribe *ribur uttama* inimicus excellens, maximus &c.

Nomen desinens in vocalem *i*, *u*, *o*, *au*, *ei* vel *ai* subsequente eidem littera *tscha* seu *cia*, *s*, *sha*, *tscha* duplici, *sza*, manet intactum, sed duplicare facit has consonantes, v. g. *sàdhu sàntva*, scribe *sàdhussàntva* praeclarum, affabile, dulcissimum verbum, *sindhu ciurnam*, scribe *sindhutsciurnam* seu *sindhutschurnam* Indicus pulvis.

Subsequente vero littera *ka*, *kha*, *p*, *ph*, *r*, *ksha*, interpone litteram *sza*, v. g. *du krdam* scribe *duszkrdam* malum opus, *du pràpyam* dic *duszpràpyam*, res obtentu difficilis. Notandum tamen, quod haec regula multas patiatur exceptiones, v. g. *sukarnam* bonus auditus, bonae aures, *suphalam* bonus fructus, *suràdja* bonus rex, et reliqua plurima, in quibus nihil apponitur, aut interponitur.

Praedictae vocales subsequente littera *t*, subinde in medio inter utramque dictionem requirunt litteram *s*, vel *sz*, v. g. *du tàbam* scribe *dusztàbam* malus dolor animi, *ni tàbam* dic *nisztàbam*, nullus dolor animi. Dum subsequitur littera *bh*, *n*, *g*, *gh*, *kh*, *sh*, et aliae aliquae, tunc interponitur littera *r*, seu ejus signum, v. g. *durmàrgga*, mala via, *durggati* infernus, miseria,

durmmatam obstinatio, pertinacia, opinio perversa, *durnnayam* injustitia, *durdjena* homo malus, *nirggunam* res inutilis, infructuosa, *nirbhàgyam* infelicitas, infortunium, *nirbhayam* intrepiditas, *nirvèdam* tristitia.

Reg. III. Littera *kr*, v. g. *tvakr* pellis, tactus, sequente vocali mutatur in *rg*, et contrahitur in unam syllabam, v. g. *vakr ïha*, scribe *varghiha*.

Littera *l* sequente vocali transit in litteram *d*, et contrahitur in unam syllabam, v. g. *tal albhutam*, scribe *tadbhutam* istud miraculum, istud portentum.

Alias littera *l* finalis in concursu vocalis transit in *dh*, v. g. *szal angam*, scribe *szadhangam* sexagonum, res sex angulos, aut sex partes vel membra habens.

Littera *p* transit in *b*, v. g. *triszdtup atra*, scribe *triszdtu batra*.

Littera *Kr*, seu *cr*, de qua supra, sequentibus consonantibus *g*, *ggh*, *d*, *n*, *m*, transit in *g*, quod cum supradictis consonantibus coalescit, v. g. *bhiszakr namati*, scribe *bhiszagnamati* medicus orat, adorat.

Eadem littera *Kr*, sequente *h*, quiescit, vel mutatur in *ggh*, v. g. *bhiszakr hàtà* scribe *bhiszagghàtà* medicus ibit.

Eadem littera *Kr* sequente *sh*, mutat eam in *ciah*, seu *tscha* Germanicum aut Anglicum, v. g. *vàkr shòbhana*, scribe *vàkerthsòbhhana* verborum nitor, orationis ornatus.

Eadem littera *Kr* sequente *s* quiescit intacta, v. g. *vàkrsangam* verborum connexio, orationis nexus. Dici etiam potest *vàksangam*. Idem fit sequente *sz*.

Littera *l* sequentibus consonantibus *tscha* seu *cia*, *gia* seu *dja*, *d*, *dh*, *dt*, *t*, *d*, *n*, perit, et duplicantur hae consonantes, v. g. *tal dànam*, scribe *taddànam* istud donum.

Littera *l* sequente *j* seu *y* consonante perit, et ponitur *dja*; sequente *v* ponitur *dv*; sequente *r* ponitur *dr*, v. g. *tal yàtì*, scribe *tadjàti*, *tal val*, scribe *tadval*, *tal rahitam* scribe *tadrahitam*.

Eadem littera *l* sequente *h*, loco hujus litterae recipit *d*, aut *dh*, v. g. *tal hètu*, scribe *tadhètu* ista causa, istud motivum. *Talhitam* dic *tadhitam*.

Sequente *dh* perit *l*, et ponitur *djdha*, sequente *m* ponitur

hm, sequente *shà* perit *l*, et ponitur *tsch*, v. g. *tal shayanam* scribe *tatschayanam*.

Sequente *p*, *ph*, *b*, *bh*, nihil mutatur.

Sequente *l* fit duplex *ll*, ita pariter si sequatur *s*, fit duplex *ss*.

Il finale sequente *m* perit, et ponitur *nm*; ita sequente *h* perit et fit *dh*, v. g. *Szal halàni* scribe *szadhalàni*.

Littera *p* sequente *h* potest perire et ejus loco poni *bh*. v.g. *Trisztup hutam*, scribe *trisztubhutam*.

Eadem littera *p* sequente *m* potest perire, seu reticeri, v. g. *trisztdup minòti*, scribe *trisztdumminòti*.

Regula IV. Littera *ng*, quae est num. 5, et litera *n* ante vocalem constituta et eidem copulanda, saepe duplicari debet, v. g. *Krung àstè*, scribe *Krunggàste*, *Krszan àstè*, scribe *Krszannàstè*.

Littera *n* sequente *cia* seu *tscha* perit, et ejus loco ponitur *m* vel *n* nasale, v. g. *bhavan ciarati*, dominatio sua pergit, ambulat, scribe *bhavangciarati* cum *n* littera nasali, quae est n. 15 inter vocales, et uno scribitur cyclo, v. g. ಭವಂಗ್ಚರತಿ.

Eadem littera *n* sequente *sh*, seu italico *scia* ശ, potest mutari in unam litteram compositam ex *n* et *ciah* seu ഞ്ച *nciah*, v. g. *bhavan shètè* sua dominatio jacet, cubat, scribe *bhavantschète* vel *bhavanscètè*. = Sequente littera *l* potest perire *n* et duplicari *l*, v. g. *bhavan licati*, elegantius scribes *bhavallicati*. Sed diligenter heic notandum, litteram *n* finalem accusativi pluralis masculini numquam duplicari debere, v. g. *vrkshàn lunàti*, arbores scindit, male scriberes *vrkshallunàti*, accusativus enim hac litterarum geminatione omnino periret.

Littera *n* sequente alia *n* duplicatur, v. g. *bhavan nihnutè* sua dominatio diffidit, scribe *bhavannnihnutè*.

Eadem littera sequente *m* fit *nm* copulatum, sequente *d* fit *nd*, sequente *dh*, fit *ndh*, &c.

Littera *m* sequente *kr*, vel *k* potest recipere nasalem *ng*. v. g. *Tuam Karoszi*, tu facis, operaris, scribe *tvangkaròszi*. Sequente *cia*, *ciah*, *dd*, littera *m* transit in *n*, v. g. *Tvam ciarasi*, tu ambulas, scribe *tvanciarasi*.

Littera *cia*, seu *tscha* sequente vocali transit in *dja*, seu ita-

licum *gia*, v. g. *Shamacia damacia ishtè*, et moderatio sensuum internorum (*shama*), et modestia exterior (*dama*) placet, scribe: *Shamacia damagishtè*.

Quamvis plures adhuc regulae ad elegantiorem scribendi, connectendique modum statui possint, hae tamen sufficiunt, ut in lectione librorum, in quibus omnia nomina inter se coalescunt, dictiones separatim cognsoci, et inter se distingui possint. (*a*)

SECTIO II.

Adverbia.

Quidquid non declinatur, hoc apud Brahmanes nomine *adverbii* venit. Hinc praepositiones, conjunctiones, particulae omnes in classe adverbiorum collocantur, et haec omnia അവ്യയം *avyam*, seu res indeclinabiles dicuntur.

Ita, hinc, ex hoc loco, v. g. *vrkshita*, hinc, ab arbore. (*b*)

Tata, illinc, ex illo loco, v. g. *vrkshata*, illinc ab arbore.

(*a*) Hae literarum inter duo nomina variationes, elisiones, et transpositiones in legendo, veroque sensu assequendo incredibilem difficultatem facessunt. Haec illa causa est, ob quam rari inveniantur etiam inter doctos Indos illi viri, qui Samscrdamicos libros intelligere, explicare, et recte scribere norint. Teritur tempus, transeunt anni plures, antequam abdita penetrentur. Nulla lingua, nulla natio, nulla schola ad sui cultus mysteria caelanda, tam ardua et impervia posuit praecepta. Ad has difficultates superandas juvabit legere *Amarasinhae* Dictionarium versibus conscriptum, cui addere oportet idem Dictionarium a doctis magistris in *prosam* conversum, in quo sublatis omnibus literarum elisionibus, nuda recensentur nomina, quae cum ligatis nominibus invicem collata, praedictas variationes atque elisiones illustrabunt, et in apricum collocabunt.

(*b*) *Ita*, vel ut Jones scribit *ida*, quia nempe litera *t* in *ita* lenis est, significat etiam rem in loco, v. g. in *Mòha-Mudgara*, libro ab Academicis Calcuttanis tom. 1, pag. 34 in *Asiatick Researches* citato, hic versus affertur:

Nàlinita lagatayala vàttaralam,
Tadvadjìva namatisaya tschapalam.

Ut gutta aquae movetur tremula in nymphaeae folio; ita maxime lubrica est vita humana. Heic *nálina* est nymphaea; *nálinita* in nyphaea;

Tatra, heic, in hoc loco, v.g. *shiratra*, in capite. (*a*)

Tatra, ibi, in illo loco, v. g. *nàsàtra*, ibi in naso.

Iha, hic, v. g. *Vaniha*, hic in Silva.

Kva, ibi, v. g. *Tarukva*, ibi in ligno, in arbore. His 6. adverbiis utuntur separatim, et conjunctim cum nomine, ut vides.

Tada, quando, *tada*, tunc.

Itham, hoc modo, *Katham*, illo modo.

Val, sicut, v. g. *Munival*, sicut monachus, *i.e.* hesychasta.

Vrtha frustra. *Apì*, *abi* et, etiam, v. g. etiam tu, *tvamabi*.

Nunam, certe, v. g. *agihinunam* ivi certe.

Tscha, et, ac, etiam, v. g. et lac, et ficus, *Kshìramtscha*, *pakvamtscha*.

Nà, *nò*, *na*, non, v. g. *agihinà*, non ivi, vel *na agihi*.

Mà, *nè*, non, prohibentis, v.g. *mà gihàtam*, ne perge.

Puna, *atha*, *muhur*, *shashval*, postea, deinde, v. g. *dàntì yatha kshandì*, modestia deinde patientia.

Kutra, quo, *atra*, illuc, v. g. *grahatra*, in domum, in aedem.

Tatha, quomodo, *tatha*, *và*, *èva*, hoc modo, sic.

Tada, quando, *adhuna*, nunc.

Kada, quando? interrogantis.

Adya, hodie; *hya*, heri; *shva*, cras; *parashva*, postcras.

Sadà, *sarvadà*, semper.

Sàcam, *sàrdham*, *saha*, *sam*, simul.

Sma, *atìtè*, olim.

Prabhàtè, mane; *sàyam*, vesperi.

Tatvè revera, *madhyè* medio.

Eszama, hac vice; *yadì*, si.

Tal, ex qua causa, *tal* ex illa causa!

Tata, ex hac causa, *tata*, ex illa causa.

Dìvà, diu, de die. *Ahni*, idem.

và aqua; *taralàm* res mobilis, tremula, instabilis, lubrica; *tadva gìvanam* ita pariter vita, *tschapalam*, *ìòlam*, *tschalanam*, res mobilis, instabilis, caduca, lubrica. Hi versus Graecorum versibus *anapaesticis* respondent.

(*a*) *Tatra* seu *atra* non solum in loco, sive re inanimata, sed etiam in homine *quietem*, sive affectionem *quietis* significat, v. g. in *Tudhishtiravigea* sic scriptum reperies.

Sah avadal : vàridjanètrè màm bhadja; *Krshòdarì*, atra *djenè*, *imàm deshàm anupashya*.

Ipse dixit: O tu, quae nymphaeae similes (id est pulchros) oculos habes, me colito, (mihi obsequere); parvo ventre praedita Tu, *atra* heïc, *in* his hominibus, hunc rerum statum (has circumstantias) aspice.

Dòszà, *nactam*, noctu, de nocte, *Pura*, ante, *pashva*, post, retro.

Nanù, nequaquam, numquid.

Bàhyè, *bahi*, foris, forasst

Bhara, *bhuri*, *atìshèya*, multum.

Alpam, *alpìsztam*, *màtrà*, parum.

Sàdhu, bene, *duszàdu*, male.

Sarvatram, ubique.

Evam, hoc modo, hac methodo.

Nadè, antea, antecedenter.

Muhur, iterum.

Hà, oh, obstupescentis, abominantis.

Hà, o, tristantis.

Ahaha, *oh*, admirantis, dolentis. (*a*)

Aha, *hè*, *hey*, o. vocantis.

Nànà, resistentis.

Và, dubitantis: v. g. *gatschasivà* pergisne, aut non pergis?

Irtè, sine.

Drudam, *àshu*, citò.

Samayà, apud, pone.

Tschìra multum, multum tempus, v.g. *Tschirakàlam*, *tschiràyu*, longa vita, *Tschiragìvi*, qui multum vivit, *Tschirantana*, res antiqua, *Tschiratìtam*, res dudum, olim transacta, vel peracta.

Và, dubitando et comparando, v. g. *Gatschasìvà*, pergis ne, an non pergis? — *Tarivà Tschalanam*, res ut navis mobilis.

Sàkshàl, evidenter, clare, integre.

Agrata, *pura*, *purata*, ante, antea, prius, v. g. *purassara*, qui antecedit, *purogàmì*, vir qui praecedit.

Prati, contra, continue, similiter, de novo. v. g. *Pratiyòghi*, adversator, qui contra est. *Màmprati*, pro me, mei amore, *dinam prati*, dedie in diem. *Pratishruta* Echo, vox repercussa. *Pratibimbam*, imago, idolum, figura originali similis.

Svastì, bene, prospere, feliciter, cum augmento, salute, v. g. *Mitràya svasti*, prospere sit amico, salus amico. (*b*)

Kadàcil, *djàtu*, aliquando, subinde.

Kimù, *Kimuta*, *Kim*, *utàhò*, *uta*, *àhò*, quomodo (dubitando et interrogando). (*c*)

Pràkr, *purul*, *pùrvè abdè*, anno

(*a*) *Ahaha bhayadhara samayà*
Ahaha behu sancatam!
Oh terribile momentum (mors),
Oh plurima animi afflictio!
P. *Hanxleden* in carmine de *Morte*.

(*b*) *Vadhùbhi artschita Dèvamàda*, *tè svasti*. In mulieribus Sanctissima Dei Mater salve (tibi salus).

(*c*) *Kim* est latinum *quid*, *quod*, v. g.

elapso, anno superiori.

Etarhi, *sampradi*, *udànim*, *adhuna*, nunc, hodie.

Tusznìm, *tusznìcàm*, tacitè, in silentio.

Atilparam, *utschey*, plus, ultra, magis.

Purvèdyu, pridie.

Abarèdyu, postero die.

Eszama, *yati abdè*, hoc anno.

Paràri, *purvatarè abdè*, ante biennium.

Sarvadà, *sadà*, semper, omni tempore.

Egatà, aliquo tempore, uno tempore.

Samantata, *parita*, *sarvata*, *vishvakr*, ubique.

Nanu, bonum est, bene bene.

Nanu, nequaquam (prohibendo).

Nanu, numquid (interrogando).

Tschèl, *yati*, si, v. g. *ranam àdhyàsyàma yadi*, certamen, pugnam inducimus si. *Mudita mana tvam dadàsi tschèl*, bona, hilari voluntate tu das si. *Mama rakshà shatròhàni yatì*, mea salus inimici occisio si. (*a*)

Ata, inde, v. g. *ata yàta tastau*, inde discedens stetit.

Irtè, *irutè*, *vinà*, v.g. *màm irutè kshitipam raraksha*, sine me regem liberavit, salvavit. *Vakrsangam vinà uvàtscha*, sine verborum connexione dixit, locutus est.

Sahasa, casu, fortuitò, v. g. *Sahasa nyapatat*, casu, fortuito cecidit.

Prasahya, vi (a forza), v. g. *Prashya paryagu*, vi obtinuit.

Pràdu, *àvi*, manifeste, clare, publice, v. g. *sa khè pràdu dadrshè*, ille in coelo manifeste visus est.

Shaney, *adrutè*, lente, tarde, v.g. *adrutè mama dadau*, tarde mihi dederat. *Shaney prasèdu*, tarde, lente resplenduerunt.

Tatvè, revera.

Sadya, *sapadi*, statim, continuo.

Antarè, *antarà*, interea.

Antarèna, sine intermissione.

Mudhà, *vrthà*, frustra.

Màsma, *mà*, *mà*, non, non, (prohibendo), v. g. *mà tàdhaya*, ne verbera, *mà tjadja*, ne abjice, ne relinque, *mà ehi*, ne conscende, non ascende, *mà dhryatàm*, non

Tvam naracam gihìsze yadi, *tava dhanèbhya kim gunnah?*
Si tu in infernum pergis, ex tuis divitiis quid boni, quae utilitas?

Vrkshàgrè kim pakshi? in arboris apice quaenam avis?

(*a*) *Dayitè shirasà yàtschè*: *ay te daya tschel*, *anugrehè ayam càla*. O dilecte! capite inclinato supplico: O si tibi misericordia *in est*, miserendi hoc tempus *est*! In *yudhishtira vigea*.

accipe, non prehende, *mà haratu*, ne rapiat, *mà bhadja*, ne adora, ne colito.

Satu svayam, ipsemet, v. g. *Satu svayam vyàkhral agràsì*, ipsemet a tigride devoratus est.

Hum, num, an, anne, interrogando alium, et disputando, v. g. *Hum âra*, num accepit? *Hum udabàrì*, an dictum est? *àyàti hum*, venitne, num venit?

Om, ita, sic, omnino, consentientis, v. g. *Hum agamal, om*. Num accepit, num obtinuit, ita, omnino.

Muhur muhur, iterum, iterumque, v. g. *Muhur khadasva*, iterum fac, *muhur acaròl*, iterum creavit, fecit, formavit, *muhur adhishal*, iterum docuit. *Muhur smàryam*, iterum memoranda, reminiscenda.

Muhu, *puna*, *shashval*, *âbhìkshnam*, postea, deinde, post.

Sràkr, *ahnàya*, *dràkr*, *mamkshu*, *sabadi*, cito, statim, illico.

Prathakr, *antarèna*, *nànà*, *hirukr*, sine, absque, citra.

Sàrdham, *sàcam*, *satra*, *samam*, *saha*, simul, v. g. *bhàszanam* locutio, *sambhàszannam*, collocutio, *udaram* uterus, venter, *sahòdara*, frater simul ex uno utero aut ventre natus. *Matam* opinio, *sammatam* consensus.

Kim, *Kimuta*, quid, quòmodo, (dubitando).

Samaya, *nicaszà*, *nirucr*, prope, pone, ad.

Svàhà, dicitur in libamine, vel sacrificio, dum sparguntur flores, butyrum, vel oryza ante idolum. Significat: *gratum*, *felix*, *sanctum tibi sit*.

Hò, *hi*, vox admirantis, v. g. *Kim hò*, quid hoc, o superi!

Sadya, *sapadi*, hoc momento, nunc in punto.

Yuctè, junctim, unitim.

Om, *èvam*, *paramam*, annuendo, *ita*, *sic*, *omnino*.

Yathayatham, hoc ipsum.

Nunam, *avashyam*, certe.

Nitschey, viliter, sordide. Item, minus. (*a*)

Astì, *satvè*, interne, revera, essentialiter.

Suszdu, bene, praeclare.

Yada, *tadàni*, tunc.

Yugaval, *ècadà*, aliquoties.

Prabhàte, *pràghè*, *pràta*, mane.

(*a*) Reliquum, reliqua, et cetera, *thèszam*; reliqua sicut, *shèszam ...val*, v. g. *shèszam pùrvaval*, reliqua sicut antecedentia.

Sthira bhava, *Munival mòkshàya yatasva*; *apishèszam niyama vàtschaca yatha khatasva*. Fortis esto, sicut *Muni* gloriae aeternae obtinendae diligentiam adhibe; deinde reliqua juxta instituti praecepta perfice.

Pràtschì, *pùrva*, ortus, ad ortum.
Avàtschì, *dakshina*, Meridies, ad meridiem.
Praticì, *pashvimà*, occasus, ad occasum.
Udicì, *uttaràdikr*, Septentrio, ad Septemtrionem.

SECTIO III.

De Supinis, Participiis, et Gerundiis.

Brahmanes Supina, Gerundia, et Participia Praeteriti inter adverbia seu nomina indeclinabilia referunt, talia sunt.

Prativàdya, dato, donato.
Vyatìtya, finito, terminato.
Shàsitum, castigatum, ad castigandum, vindicandum.
Labdhvà, obtento, aquisito.
Kàryam, res facienda, negotium peragendum.
Kartàvyam, idem.
Paripìdhya, postquam deplorasset, deplorato.
Smàryam, res reminiscenda, recogitanda.
Pragrahya, accepto, percepto.
Aàhatya, occiso, interfecto.
Aatarnya, audito, percepto.
Matvà, cogitato, examinato.
Vadhya, occidendus.
Pràpya, obtento, accepto.
Aà daya, recepto, accepto.
Hatvà, occiso, interfecto.
Pradarshya, monstrato, manifestato.
Gatvà, praetergresso, trajecto.
Rakshyam, res servanda, liberanda, protegenda.
Shrutvà, audito.
Nipàtya, occidi jusso.
Vitschàrya, considerato, consilio inito.
Yòdhum, bellatum, pugnatum, ad pugnandum. (*a*)
Pùdjàyitum, ad venerandum,

(*a*) Nrba agàrè àsta, anantaram ròdam shrutvà *yòdhum* uthaya, nishi tatra tamasi atmavadhàya yudhasthalam àpa, nirbhaya, vidviszàm hatvà, sva mandhalam raraksha, yashapùrna tha, yudhata yàta: sva prasàdè tastau.

Rex domi (in domo) sedit, statimque planctu audito *ad praeliandum* surgens, noctu ibi in tenebris animae suae neci campum pugnae ingressus, intrepidus, hoste occiso, suam regionem servavit, et deinde famâ plenus, ex pugna discedens: in suo palatio stetit, constitit. In hoc exemplo perspicis, supina *yòdhum* pugnatum; Participium Praeteriti *shrutva* audito, *hatvà* interfecto, occiso; participium Praesentis *yàtau* seu *yàta* pergens, discedens.

colendum.
Drsztum, visum, ad videndum.
Prahartum, interfectum, ad interficiendum.
Vyabanètum, ad exstinguendum.
Prahartvà, occiso, interfecto.
Budhvà, intellecto, percepto &c.

Exemplum applicationis ex *yudhisztiravigea* sect. IV, versu 5 to.

സഃ സുയൊധന ഹരാഭസ്യ ആധിരഥെ ഇത്ഥം
വചാംസി ശ്രുത്വാ സഹരാഭസ്യഃ സപദി
സ്വധനുഃ ഉദ്ധായ യുദ്ധായ രഥം ആപത

Sa suyòdhana, *ille suyòdhana* : haràbhasya, *Harì dei*, id est, *Shivae dei fulgore conspicui* : àdhìrathe itham vatschàmsi shrutvà, *Karna herois talibus verbis auditis*, *exceptis* : saharàbhasya, *ira concitatus* : sapadi, *statim* : svadhanu udhàya, *arcu suo educto*, *accepto* : yudhàya, *ad pugnandum* (*pugnae*, *in pugnam*) : ratham àpal, *currum conscendit*, currum consecutus est. Heic jam vides, quod verbum *shrunòti* audit, collocatum sit in Participio Praeteriti, nempe *shrutvà*, audito, seu *verbis auditis*, ac proinde quod tota constructio Adverbiorum, Participiorum, ac Supinorum procedat more linguae Latinae. (*a*)

(*a*) De construendis seu condendis versibus et sententiis Samscrdamicis accuratius, ubériusquè disserui in mea Grammatica Samscrdamica *pag.* 160, et seqq., ubi ex *Bhagavata* et *Yudhishtiravigea* varios versus attuli, et resolvi. Heic unum duntaxat exemplum speciminis gratia adducam.

Versus. Ari ganam ànìa, antam Drònnàdìn vigitya, manì, yàntam Krtashara dhàràdjàtam, ruròdha, bhuri shravàh krudhà, ràdja tam.

Prosa ejusdem versus.

Ari ganam antam ànìa Dronnàdìn vigitya yàntam krtashara dharadjàtam tam mànì bhuri shravàh ràdja krudhà ruròdha.

Interpretatio ejusdem versus.

Hostium gregis internecione obtenta, *ari ganam antam ànìa*; Drònnàdiis devictis, *Drònnadìn vigitya*; *yàntam* euntem; eum collectarum sagittarum manipulo insignem victorem, *krtashara dharadjàtam tam mànì*; multa audiens Rex, *bhu-*

Vide plura alia adverbia in Syntaxi, ubi methodus traditur ea construendi.

ri shrava ràdja; irâ (commotus) intercepit, *krudhà ruròdha*.

Rudha rà varane *ruròdha* Lil. id est, verbum *rudha* in sensu intercipiendi, (arrestare, sopraprendere), *ruròdha* intercepit, *Lil* Praeteritum est secundum.

Haec est methodus Brahmanica versus heroicos condendi, in prosam resolvendi, atque interpretandi. Quare in eorum poematis legendis semper duo codicum exemplaria necessaria sunt: unum, quod versus sanos et integros referat, alterum, quod versuum explicationem contineat. Uno volumine ambo haec complectitur codex meus *ms.* Poematis heroici *Tudhishtiravigea* inscripti, qui bella Indica Regis *Tudhishtir* canit.

Exemplum supra allatum desumptum est ex Cap. VII, v. 108 ejusdem *Tudhishtiravigeae*, seu *Tudhishtir Regis victoriae*. Uterque versus, id est, primus et secundus XIX pedes numerat in allato exemplo.

CAPUT ULTIMUM

Nomenclator Latino-Samscrda micus

SECTIO I.

De DEO Ejusque Attributis, de Caelitibus, et Beatis.

DEUS, സർവ്വേശ്വരൻ Sarvèshvara, omnium Dominus; dictio composita ex *Sarva*, omnis, universus, et *Ishvara* Dominus. Idem valet *Paramèshvàra*, sublimis, excelsus Dominus. *Sarvèsha* universi Dominus, coalescit ex *sarva* universus, et *ìsha* Dominus; in quo vocabulo ultimum *a* nominis *sarva*, et subsequens *ì* in dictione *ìsha* eliditur, et ambo in unum solum *è* transeunt. *Parabrama* ens per se existens, unica essentia superior. *Tatvam* idem. Vocabulum *Dèva* Deus, Deum verum, et falsum significat, quare a Christianis non est in publicis precibus usurpandum.

Deitas, Dèvatvam. g. neutrius, Dèvam, idem.

Divinus, Dìvya, masc. et foem.

Divinitas, Dìvyam, gen. neut.

Una divinitas, èca dèvam, gen. n.

Unitas, ècatvam, g. n.

Trinitas, Tritvam, gen. n., Tetràdayam; his et non aliis vocabulis ritè nuncupari potest Sacrosancta *Trinitas* Christianorum; *Trimùrti* enim, quo vocabulo Gentiles Indi suam Trinitatem appellant, significat Trinitatem ex tribus corporibus seu individuis constantem, componitur enim ex *Tri*, *tria*, et *mùrti* corpus; quod de Christianorum Trinitate dici nequit.

Creator, Factor, Karta, Kartáva, Srshtàva, Srshta.

Creatrix, Kartrì.

Pater, Pità, Tàta, *Gènaca*. Latinis *genitor*.

Filius, Putra, Suta, Sunu, atmadja, tanaya.

Spiritus S. *Rùhàtacutasha*, est Syro-Chaldaicum, quo utuntur Christiani S. Thomae in Malabaria. Reliqui Indi Christiani usur-

pant Lusitanum E*Spirito Santo*; lingua enim Samscrdamica, utpote antiquissima, et lyturgiae Gentilium accommoda, casta et tuta expressione caret ad *Spiritum Sanctum* nuncupandum. *Spiritus* in genere vocatur *àrùbi* vel *asharìri*, id est, ens incorporeum, vel ens sine forma, invisibile.

Notandum, quod in dialectis Indicis, ut *Indostana*, *Nagarica*, *Marâshta*, *Tamulica*, et *Malabarica*, a Samscrdamica lingua dimanantibus, omnia vocabula hactenus a nobis allata, et afferenda, variè et corruptè scribantur et proferantur: sic *Deus* in his linguis provincialibus dicitur *Sarvèshor*, *Parmèshor*, *ishor*, *Tamburan*; pater *Bap*, *Bàva*, *Pid*; Trinitas lusitano vocabulo *Trindade*, creator *Karneval* &c.

Essentia, Tatvam, sansidhi, svayabhutvam, svabhàvam; omnia g.n.
Existentia, sal, satvam, satta, stiti.
Omnipotentia, Sarvavasham, sarvavallabham, sarvabhagam, 3. g.n.
Immensitas, sarvavyâpti, g. f.
Omniscientia, Sarvadjànam, g. n.
Aseitas, Svayabhutvam, svìgam, svayam, svìam, svayatvam, g.n.
Infinitas sine principio, anàdjam.
Infinitas sine fine, anandjam, *anandam*. Germanis *unende*. Anda finis, ananda res sine fine.
Aeternitas, nîtyam, nîtyatvam.
Immutabilitas, nirvicàratvam.
Invisibilitas, adrshyam, agôciaram, pradîndriam.
Incomparabilitas, anaupamyam.
Indefinibilitas, abaritschèdyam.

N.B. Abjice ab his nominibus substantivis ultimam litteram *m*, et fient adjectiva: sic dicitur *abaritschèdi* indefinibilis, *anupama* incomparabilis, *adrshya* invisibilis, *acchanda* indivisibilis, *nitya* aeternus, *ananta* infinitus, *sarvadjna*, seu *sarvagna* omniscius, *sarvavasha* omnipotens, *asharìri*, *arùbi*, *ananga* incorporeus &c.

Prima causa, nempe Deus, *aadicàrana*; causa universalis, *sarvacàrana*.
Ens per se existens, Svayambhu, tatvam.
Natura divina, Dèvasvabhàva, dèvasvadharma, dèvasamsidi.

Natura humana, Manusza svabhàva, martja svadharma.

Persona divina, Dèvapèr, dèvapuruszam, dèvasvìam. gen.net. (*)

Personalitas, Adhòdhisthatvam, gen. n. Subjectum, *idem*.

Dominus, Nàtha, ìshvara, isha, nàyaca, svàmi, pàla.

Dominus sui ipsius, a nullo dependens, svavasha, svatandri, svatschanda.

Gubernator mundi, sarvaraksha, sarvapàlica, trilòcapàlica, sarvaparipàla.

Vindex, Shàsta, shastàva, shikshita.

Proemiator, Rakshi, rakshitàva.

Servator, idem, paripàla.

Altissimus, Paràbara; unde *Paràbara vastu*, Ens sublimissimum, Deus.

Sublimis, excelsus, Parama; unde *Paramèshvara*, excelsus dominus, Deus.

Omniscius, sarvadjna, seu romano more, Sarvagna, sarvadòszadjna.

Peccatorum vindex, Pàtacashàsta.

Peccata tollens, Pàtacahàri, dòszahàri.

Deipara, Θεοτόκος, Dèvagenanì, Dèvamàta, Dèvagenayitrì, Dèvaprasù.

Dei Mater, Dèvamàta.

Virgo immaculata, Nirmalacanyacà, nishcalacanyà, pavitra canyàstrì.

Virgo, canyà, canyàvrtà, cumàri, canyàstrì.

Pura, purissima, Shudhà, pùda, pàvanì, pavitrà, samrsztà, nirmalà.

Virginitas, canyàvrtam, gen. neut.

Thesaurus misericordiae, Carunànidhi, Carunàbdi.

(*) Persona Malabarensibus est *Pèr*, Maràshtis *Zann*, Brahmanis *Purusza*. Unde quod *Maràshtice* dicitur: *Tec Deu tigham zanant Bap, Putra, Spirt-Sant*, id est unus Deus in tribus personis, Pater, Filius, Spiritus Sanctus, hoc Samscrdamice reddendum est: *Eca Sarvèshvara, tri puruszèszu*, vel *triszu puruszèszu, Pità, sùnu, punya Spìritus*. Sic dices, *èca dèvasamsidhi*, vel *èca dèvasvaràbam, tri puruszà*: una divina natura, tres personae. *Spiritus Sanctus* Samscrdamice appellari potest *Dèvatmà*, id est, Spiritus, anima, flamen Dei, vel *Dèvagìva*, i. e. Dei anima, seu spiritus vivificans.

Caelum, gloria, beatitudo aeterna, Mòksha, mucti, caïvalyam, nirbàn.

Beatus, sanctus, Punyavàn, mòkshavàsi, punyapadi, artschashista, bhagavàn.

Caelum materiale, *àgàsha*, *abhram*, *nabha*; unde Slavicum *nebo*, et Paguanum *niban*. *Paramandala* caelestis, excelsa regio; *Paralòga* alter mundus. (*) Caelum deliciarum ethnicis est *Svargga*, *nàga*, *tridiva*, *tridashàlaya*, *suralòga*, om. gen. masc.

Angelus, sumanassa, arùbi, nirùbi.

Nuntius, ತೂತ *Dùda*. Legatus *prèszya*.

Propheta, ದೀರ್ಘದರ್ಶಿ dirgghadarshi, *dùradarshi*, longe videns.

Apostolus, *Dèvadùda* seu *Dèvadùta* cum littera *t.* leni, *Divinus Nuntius*.

Duodecim Apostoli, Dvàdashadùtà: cum ultima *a* littera longa.

Martyr, Vèdasàkshi, sahatà.

(*) Centum et amplius orationes dominicales in Indicis dialectis, id est, in idiomate Dèvanagarico, Guzaratico, Bengalico, Goano, Maràshtico, Telugiço, Balabandico, Canarico, Tamulico, Malabarico, in unum acervum congestas exhibet auctor libri Germanici: *Orientalischer und occidentalischer Sprach meister*, Leipzig, 1748. Alias, et quidem meliori ἀκρίβειᾳ, refert Relandus. Ille primus pag. 128. in *Appendice* improbè et indoctè inter *Caeli* nomina collocat *Weikuntam*, *Weikuntha*, *Sorgo*, *Surga*, *Svargastala*; quae proculdubio gentilicam seu ethnicam caeli significationem involvunt, et ab oratione Dominica exulare debent. *Veikunta* est propriè illud caelum, quod incolit deus *Vishnu* cum sua uxore *Mà* seu *Lakshmì*. *Svargga* est illud caelum, in quo versantur gentilium dii minores, qui hinc inde ascendunt et descendunt in hanc terram nostram. Utrumque nomen affert *Amarasinha* sect. 1. in *Svargga vargga* seu in classe nominum ad *Caelos* spectantium. Tanta fuit hominum Europaeorum, qui primi Indiam attigère, linguae Samscrdamicae imperitia, ut profana pro sacris, praerancida pro puris novis christianis obtruserint. Utinam aliquando Christi praecones hujus linguae studio diligentius incumbant, atque majorum errores corrigere, et evellere valeant.

Evangelii scriptor, sacer scriptor, പുണ്യലെഖകൻ Punya lè-khaca, punyatschitracar.

Sacra Scriptura, Dèvapustaca, cum litera *c.* leni, et non dura. *Dèvalècchà*, idem *punyalècchanam*, idem.

Litera, scriptura, lipi, akshara.

Res scripta, lècchita.

Infernus, Naraca, ducchàlaya g. m., durggati gen. fem., niraya, gen. masc.

Damnati, Prèta, naracavàsa, naracagentu, gen. masc.

Inferni tormenta, et cruciatus, krasztam, krtscitam, àbhilam, pìdhà, bàdhà, duccham, yàtana. Ex his pìdhà, bàdhà, yàtanà sunt gen. fem., alia gen. neut.

Miraculum, vismayam, albutam, pratyaksham, tria gen. neut.

SECTIO II.

De Diis Falsis, De Ethnicis, et eorum Sacrificiis:

Trinitas Indica, Trimùrtì, Tetràdaya.

ബ്രഹ്മാ Deus Brahma, rerum creator, nuncupatur *àtmabhu* anima rerum existentium, vel anima existens; *suragèszta* Solis frater; *Pitàmaha* avus seu magnus pater, nempe senior inter Deos; *svayambhu* per se existens, *Tschaturànana*, quatuor vultuum deus; *Dhàta* pater, *virintscha* ubique extensus; *Srszta* creator, *pradjapadi* generationum, foetuum dominus, *vedhà* legislator, legifer; *vidhi*, fatum, seu fati deus, &c., quae nomina omnia sunt *Brahmae* dei attributa, quibus ille circumscribitur, et sub quibus ab Ethnicis colitur.

വിഷ്ണു Vishnu, vocatur *krshna* niger; *kèshava* crinitus; *nàràyana* aquis innatans, aquarum motor, item, deus in hominem incarnatus, seu qui ad homines descendit: ex *nar*, et *àyana* compositum; *màdhava* deae *mà*, quae est *lakshmì*, maritus; *pundarìkàksha* nymphaeae, flori aquatico, similes oculos habens; *pitàmbara* flavi coloris vestem gerens; *Gòvinda*, vaccas pascens in silvis; *Tschacrvàni* circulum seu rotu-

lam in manibus gestans; *Tschaturbhudja*, 4. manus habens &c. Haec omnia unius deitatis nomina sunt, et rerum humanarum *Conservatorem* apud Ethnicos indicant.

Shiva, tertius Trinitatis deus, dicitur *mahadèva*, magnus deus; *mahèshvara* magnus dominus; *Shùlì* tridentifer; *Rudra*, destruendo res humanas fiere faciens; *Ugra* igneus, atrox; *Ghirisha* montium dominus; *tschandrashègghara* Lunae bajulus; *pashupadi* vaccae maritus vel dominus, item bovi insidens, *pashu* enim et bovem et vaccam significat. *Hara* destructor, *bhìma* horribilis; *Gangadhara* gangem caelestem, rorem caelestem in capite gerens; *Umàpadi* dominae, nempe deae *Pàrvati* maritus. Omnium rerum destructor esse creditur: ex his vero attributis dignoscitur, eum et generare et destruere; quare sub his duabus formis icones et statuae illius in India exhibentur.

Vide horum nominum, seu attributorum luculentam explicationem in *Systemate Brahmanico*, M.Borgiani a me in lucem prolato Romae anno 1791. pag. 7. *Mythologia*, usque ad pag. 91. Cave quam maxime, ne vagas et obscuras sive Indorum linguae Samscrdamicae peritia destitutorum, sive Europaeorum ineptas de diis Indicis narrationes suscipias; hi enim, ut recte asserit Anquetil du Perron (Voy. aux Indes p. LXXXV.), plerumque *ils s'en tiennent au simple temoignage d'un Dobachi* (Dvibàshi, *interpres*, seu duorum idiomatum peritus), *d'un Pion, qui, pour ne pas rester court, leur* (Europaeis) *explique en mauvais Partugais, des Mysteres, qu'il connoit à peine, et que ses Prêtres ne pourroient rendre que difficilement dans la Langue du Pays*. Ex paginis *Systematis Brahmanici*, a me supra memoratis, dilucide perspicies, attributa deorum a me jam relata eorum statuis, et simulachris perfectissime convenire, atque in his summam publici Indiani cultus consistere. Excellentem synopsim ex Systemate nostro Brahmanico extractam de diis Indicis, eorumque cultu publico tradit vir apprimè doctus *Joannes Fridericus Kleuker*, Professor Kiloniensis, in libro Germanico inscripto: *Abhandlungen über die Geschichte und Alterthümer, die Künste*,

Wissenschaften und Literatur Asiens. Vierter Band, Riga 1797. pag. 33., et seqq., cum tabulis aeri incisis.

 Bhaváni, creatrix, existentiam dans, a *bhavati* existit, est dea *Natura*, Trinitatis Indicae mater, ab Indis, Tataris, et Sinensibus hodiedum sub figura deae feminae culta. Vide librum inscriptum: *Viaggio alle Indie Orientali, umiliato alla Santità di N. S. Papa Pio Sesto P. M.*, Roma 1796., pag. 277. Eadem dea nuncupatur etiam *Aditi* prima dea; *Aadibhavàni* prima genitrix, *Aadishacti* prima potentia, primaria vis; *Mahámàya* magna *Màya*, illusionis dea; *Mahèshvari* magna domina; et haec diversa est a *Pàrvati* seu Graeca Diana. Confer *Amarasinha*, Sectio prima de Caelo, Romae 1798., pag. 36., 37.

Pàrvàti, id est, *montium domina*, Romanorum *Diana*; nuncupatur etiam *Kartyàyini* operatrix, creatrix; *Heymavati* frigida, humida, nempe Luna; *Abarna* pluvia, pluens; *Durggà* fortis, atrox; *Ciandhicà* vilis, obstetrix, seu *Lucina*; *Kàli* nigra, dum Terrae suum lumen negat; *Aambicà* mater, &c. Conjux est dei *Shiva*. Statua seu simulachrum illius ab Indis maximo ritu in mare, aut flumen fertur, et lavatur.

 Lekshmì pulchra, venusta, nempe *Venus* terrigena; eadem est *Lògamàtà* mundi mater, seu *Vesta* Romana; *Padmàlaya* in loto seu nymphaea sedens; *Shrì* beata, felix, *Ops* dea; *Indrà* sensualis, voluptuosa; *Mà* magna mater, *mangaladèvata* felicitatis dea, nempe Terra productrix rerum ad beatam hominis vitam conferentium; *Lògagenanì* mundi, vel hominum procreatrix aut genitrix; causa nempe generationum, quibus Venus praesidet. Uxor est dei *Vishnu*.

 Sarasvati harmoniae domina, ex *Sarasa* gustus, harmonia, et *Vati* domina; *Bhàrati* historiae dea, a *Bhàrata* historia vetus Indiae; *Bhàsha* lingua, idioma, forma, eloquentia, dea nempe eloquentiae, linguae praeses; *Guì*, dea dictionis, a *Guir* vox, verbum, dictio; *Vakrvànni* linguam, vocem regens.

വിനായക *Vinàjaca* magnus dominus, magnus rex, nomen est dei *Gannèsha*, seu *Jani* Romani, ab Indis Coromandelensibus vulgò *Puleyar* dicti. *Gannabati* vel *Ganèsha*, numerorum deus, item coetuum et congregationem dominus, a *Ganna* numerus, vel hominum congregatio, quibus hic deus praesidet, praesertim si doctae sunt aut domesticae: quare domorum custos et scholarum Magister esse dicitur. *Vikhnaràgia* obstaculorum rex, quia ad res perficiendas et negotia pertractanda obstacula ponit, aut tollit, aperit, claudit, ligat et solvit: *Claviger*, nempe *Janus* Romanorum. *Egadanda* unius elephantini dentis deus; *Lambòdara* vasti ventris deus; *Gagiànana* Elephantini vultus deus. Vide *Syst. Brahmanicum* pag. 170., et seqq.

ബുധ *Budha*, Mercurius, a *budhi* mens, intellectus, *Budha* seu insigni mente et intellectu praeditus deus nuncupatur. Idem est *Sugada* celer viator, cursor; *Shramana* diligens, industrius; *advajavádi* dissertissimus, in eloquentia et veritate nemini secundus; *Shàstámuni* censor, judex; *Munindra* Hesychastarum, contemplatorum apex et director. De hoc numine in India, Ava, Pegu, Siam, Tibeto, Sinis, et in ipsa insula Jappan hodiedum culto scriptores infinita prodiderunt. Eorum opiniones examinat et carminat D. *Kleuker* tom. II., §. II., pag. 11. in opere a nobis supra laudato, ubi D. Jones Angli, P. Georgi, P. Couplet, D. De Guignes et Baillyi sententiam de hoc celebri deo adducit. Nobis certum et exploratum est, *Budham*, non historicum aut humanum, sed mythologicum et allegoricum Ens esse, et quidem, ut *Amaraginha* eum describit, *Mercurium* seu *Hermam* censeri debere.

ശ്രീരാമ *Shrìràma* junior Bachus Indicus. Vocatur etiam *Balabhadra* insignis fortitudinis deus; *Ràma* formosus, item *niger*, nigredo enim indis formositas est. *Càmapàla* desideriorum deus, a *càma* concupiscentia, appetitus, desiderium, et *pàla* rex, rector. *Halàyudha*, yudha pugnator, *halà* tumultus, vox tumultuaria ex vini potu. *Ròhinnéya* ex stella

Rohini natus, *Talanca* tripudiantium deus, &c.

కృష్ణ 8. Krshna, *niger* deus, *Apollo* Indicus; *Keshava* crinitus, insignem comam gerens; *Govinda* pastor vaccarum; *Devaguinandana* Devagui deae filius. Hoc numen ex aliqua analogia nominis aliqui Christum esse arbitrati sunt, qui a Manichaeis in India annunciatus, et ibidem fabularum velamentis contectus *Krshna* dictus fuerit. Papae, quam bonum hoc odorem habet! *Amarasinha*, qui uno fere seculo ante Christum natum vixit, *Krshnae* Indici dei nomen in suo Dictionario cum mox dictis attributis inter nomina dei *Vishnu* affert. Quomodo ergo Christus *Krshna* esse, aut dici potest, qui *Amarasinhae* aevo nondum natus fuerat? Proferant hi Doctores miracula, prophetias, evangelia, libros Indicis linguis conscriptos, qui *Krshnam* Christum Servatorem esse affirment. Ubi natus? ubi educatus est *Krshna*? Quinam ejus discipuli? quinam sunt ejus miraculorum testes? Non vagas et putidas vulgi fabulas, easque recentes, non amphibolias hic afferant, sed argumenta certi valoris. Idiotas aliquos Indos, et suae, et Christianae religionis imperitos, subinde *Krshnam* pro *Christo*, et vice versa accipere potuisse non nego, at hominem Europaeum hoc arbitrari posse valde miror. Monere hoc oportuit Missionarios, quorum commodo hic noster labor desudat, ne vanis Indorum fabellis seducantur et errent, nam et mihi Brahman quidam suadere voluit, *Krshnam* suum esse nostrum *Christum*, adeoque Christianam religionem in praecipuo mysteriorum capite, quod Christi Domini incarnatio est, convenire; ac proinde sibi amplectendam haud esse, sed suam sibi sufficere. *Krshnae* dei apparitio in hoc mundo, tantopere ab Indis decantata, est pura mythica Θεοφανία, graecorum deorum *Theophaniis* similis, Christi autem Domini incarnatio vera est Divinae cum humana natura unio, prophetiis, miraculis, testibus, morte et resurrectione, Martyrum certaminibus, admirabili fidei propagatione suffulta.

కార్తికేయుడు 8 Cartigueya, a *Cartica* Pleyades *Pleyadicus* nuncupatur, has enim stellas *Parvati* seu Luna lascivo amore

complexa, *Shiva* suo marito absente, hunc deum genuisse dicitur. Alii credunt *Ursae* minoris alumnum esse. *Mahàsèna*, exercitus caelestis dux, imperator. *Sharagianma* sagittifer. *Shadhànana*, sex vultuum deus, a *Shad* sex, et *ànana* vultus. *Scanda* celer, velox in caelesti exercitu lustrando, a *scandana* celeritas. Σάνδης nempe veterum Persarum, et Scytharum, quem Herculem dixere. Vide *Systema Brahmanicum* pag. 190., et seqq.

Hi sunt majores Indorum Dii, quorum mythologicam descriptionem heic tradere oportuit, ut Missionarj eos ritè distinguant, et Ethnicos ab eorum cultu placidis argumentis deducere possint; quomodo enim eos idololatriae arguent, si ipsi mythologiam, cultus publici abdita, nominum seu sacrorum attributorum significationem, errores denique Indicae gentis ignorant? Legi meretur de *Trinitate Indica* Dissertatio Academica C. Genberg Londini Gothorum edita anno 1797, quam ideo hìc commemoro, quod circa eam *Trinitatem* insanas et heterodoxas opiniones jactare ego ipse audiverim aliquos eruditos ineruditos.

Ethnicus, Gentilis, *Kàvya* a *kàvyam* poesis; *bimbasèvi* idolorum cultor; *adjnàni* verae sapientiae expers.

Idolum, simulacrum. Bimba, pradima, dèvam, dèvata. Vulgò idolum quodcunque dicitur *Bhagavàn*, et idolum femina *Bhagavatì*, unde corruptum illud ab Europaeis *Pagodi*; sed haec duo vocabula proprie conveniunt deo *Shiva* et *Vishnu*, *Bhagavatì* autem soli attribuitur deae *Pàrvatì*.

Idololatria, Bimbaràdahanam, bimbasèva.

Templum, fanum, Kshètram, Vihàram, Dèvàleyam, Tscheïtyam. Om. g. n.

Yàgam, in aliquibus dialectis *yàg*, *yàga*, sacrificium diis oblatum.

Homa, sacrificium ignis. Aghnihòtram, idem.

Sòma, sacrificium lunae oblatum.

Sacrificium in genere, pudjà, artscha, namasyà, apacita, saparya, ahana. Omnia sunt gen. fem.

Donum, oblatio diis facta, dànam, vihàbitam, utsardjanam, vishrànanam, vitaranàm, sparshanam, om. gen. neut. *Tjàga* gen. masc.

Prostratio ante idola, abhivàdyam, pàdagrahanam, abhivàdanam. 3. gen. n.

Sacerdos Solis, Jaszti, yadjamàn, àdèdaszta. 3. g. m.

Sacerdos Solis, qui jam ipse sacrificavit, ut agens praecipuus, Sthapadi, Ghiszpadiszyà, brahaspadi, yaszta, yadjamàn.

Magnus sacerdos, qui jam omnia sacrificia peregit, sarvavèda, sahyena, iszta, yàga, sarvasvadakshina. Om. g. m.

Sacerdos Lunae, *Sòmavadi*, *dikshita*.

Sacerdos Lunae, qui liquorem bibit ex herbis Lunae dicatis expressum. *Sòmavìthì*, *Sòmapa*.

Sacrificium florum, archyapùdjà. Sacrificium larvis nocturnis factum, *bali*.

Sacrificium Peregrinorum, Adithipùdjà.

SECTIO III.

De Caelo, Firmamento, Astris, Elementis, et Temporibus.

Mundus, κόσμος, Sarvalògam, visztavatrayam, gegati, *Gen. fem.* geguel *gen. n.*; dyàvabhumì, ròdasi, divavrthivjau, id est, caelum et terra simul sumpta.

Orbis terrarum, bhulògam *g. n.*; bhuvanam, *g. n.*; bhù, bhumì, dharanì, atschalà, sarvabhumì, *Om. g. fem.*

Caelum, àcàsham, paramandalam, mokshalògam, 3. g. n.

Caelum Ethnicorum, in quo suos deos collocant, sva, svargga, nàca, tridiva, trideshàlaya, suralòga, 5. gen. masc.

Firmamentum, dyò *et* dyù, 2. g. fem.; kham, viòma, puszcara, nabha, antariksha.

Aer, abhram, marul, shvasana, vàta, nàga, samìra, sparshana, anila, gegelpràna.

Notandum, multas ex his dictionibus metaphoricas, vel purè descriptivas esse, v. g. *shvasana* denotat elementum quod respiratur, tractum a *svàsam* respiratio, respirium; *Sparshana* elementum intangibile, a *sparsha* tactus, et *sparshana* actio tangendi; *gegelpràna* mundi anima, a *gegel* mundus, et *pràna* anima; et hoc ideo, quia *aer* mundum permeat. Ex his no-

minibus metaphoricis et descriptivis oritur illa abundantia et opulentia nominum in Samscrdamica lingua, sicut in Arabica; neque tamen ideo cum risu cavillari debet hanc Samscrdamici sermonis copiam Joannes R. Forster; quod agit in annotationibus ad meum *Itinerarium ad Indos*, edit. Berolin. anni 1798. pag. 320., ab se in linguam Germanicam cum jactura multorum capitum conversum. Nam dictiones illae Samscrdamicae descriptivae ex natura rei desumptae sunt, et alteri nomini applicari nequeunt, sed rei descriptae propriae sunt, usuque gentis semper inhaerent illi vocabulo naturali, cujus qualitatem describunt. An Graecorum συνωνυμία ubique et semper naturam sequitur, et nihil assumit ab externo charactere rerum, quas nominat? Ceterum, hae descriptiones ex natura rei assumptae et in nomina translatae, satis commonstrant, linguam Samscrdamicam non solum poeticam, sed etiam philosophicam esse.

Caelites, *Divi* Indorum dicuntur *Amara*, immortales; *nirgiarà* non senescentes; *dèvà* dii, divi; *vibhudhà* maximi intellectus genii; *surà* lucidi; *sumanassà* bonae voluntatis genii.

Sol, àditya, surya, àryamà, dvadeshàtma, (N.B.) duodecim caelestium signorum anima; divàcara, bhascara, ahastara, prabhàcara, bhasvàn, mahira, tarani, mitra, grehapadi, bhànu, hamsa. Om. gen. m.

Solis satelles, sùryapàrshvavàrti.

Solis lux, pracàsha, djòta, àtaba.

Solis radii, splendor, rashmi, usra, kirana, gabhasti, khrni, bhànu, cara, prabha, ruci, bhà, shavi, dipti, rocì.

Luna, Tschandra *seu* Ciandra, himàmsu, ciandramà, vidhu, sudhàmshu, abgìa *seu* abdja, sòma, mrgànca. *Luna* Indis est *Lunus* et *Luna*; subinde gen. masc., alias feminini.

Lunae lumen, lux, Tschandricà, Kaumudì, Giòtsna, 3. g. fem.

Luna serena, prasàda, teliva, prasanada.

Solis calor maximus, tigmam, tìsznam, charam, 3. g. n.

Solis calor moderatus, Tòsznam, cavòsznam, mandòsznam, cadusznam, 4. gen. n.

Νεομηνία, amàva, abàvsyà, 2. g. fem.; adarsha, g. masc. Dicitur *adarsha*, seu vix visibilis dum oritur.

Plenilunium, pùrnimà, pùrnatschandra, paurnamàsi, 3. g. fem., pùrnapaksha, idem.

Spatium dierum 15. inter plenam et novam lunam (Indis olim unus mensis), *pakshàntau*, *pantschadashyau*. Mox supra diximus *pùrnamàsi* pro plenilunio, *pùrna* plena, *màsi* luna, seu luna plena antiquis gentibus mensis unus.

Lunae mansiones, seu 27. constellationes, quas Luna suo cursu lustrat; 1. ashvadi, 2. bharanì, 3. kàrtica, 4. ròhinì, 5. magaïra, 6. tiruvàdira, 7. punardà, 8. aylya, 9. magha, 10. pura, 11. pùya, 12. uttara, 13. atta, 14. citra, 15. cioti seu tschoti, 16. vishàgga, 17. anila, 18. trketta, 19. mùla, 20. puràda, 21. uttaràda, 22. tiruvonna, 23. avitta, 24. tschadèya seu ciadèya, 25. puraviruttàdi, 26. uttaraviruttàdi, 27. irabadi.

Planeta, *graham*; unde *grahapadi*, Sol, *dominus planetarum*. V. supra.

Jupiter, brhaspadi, suràcárya, guispadi, guru, gìva, anghirasa, vaciaspadi, cittrashicchandhigia. Om. gen. masc.

Venus, shucra, deïtyaguru, kàvya, ushana, bhàrggava, cavi, om. g. masc.

Mars, Mangala, angàraca, cudja, seu cugia, lòhitànga, mahisuta. Om. g. m.

Mercurius, Ròhinèya, budha, saumya, 3. g. m.

Saturnus, Shani, sauri, sàmau, shaneijshvara, manda, pangu, kàla, shàyaputra, asita. Om. g. masc.

NB. Hos quinque planetas Indi sibi ut venerabiles *Muni* seu haesycastas, ac sapientes repraesentant, ac illis, ut suis Doctoribus, plerasque artes, ac scientias attribuunt. Similis fuit Phoenicum Theologia. Vide Eusebium de *Praep. Evang.* c. x., et Seldenum *de Diis Syris*, edit. Lips. 1662. in *Proleg.* c. 3., p. 27. Hi sapientes silentiarii seu *Muni* solem comitantur, et adorant, atque ab illis veteres Indi et Phoenices, primi hominum, nomina indiderunt septem hebdomadae diebus. Οἱ περι Ζωροαζην και Υ'ςασπην . . . απ' αριθμυ των Πλανητων εν ἑβδομαδι τας ἡμερας ανελαβον, id est, *qui Zoroastris et Hysstaspis* (Gushtasp) *sectam amplexi sunt . . . a numero Planetarum dies in hebdomade repetebant*. Vide Andr. Rivet *de*

Origine Sabbati cap. 5. *Gushtasp* autem Persidis rex totam suam Theologiam et astronomiae scientiam ab Indiae Brahmanibus hausit, quod apertis verbis docet *Ammianus Marcellinus* lib. 23., pag. 687. edit. Bas. Profecto, *Budhae* seu *Mercurii* Indicum nomen hoc ipsum demonstrat, nam cum Brahmanica astrorum scientia hoc nomen migravit in Tibetum, in Ava, Pegu, Siam, Sinas, ad Tataros boreales, quin ad ipsos veteres Germanos, qui *Gòdamam* seu *Budham*, *Wod*, *Ouden*, *Godan* appellant; quare ipsis *Godansdag* est dies *Budhae* seu Mercurii, ut tradit *Schilterus* in suo Glossario tom. III., edit. Ulmens. 1728. (*)

Zodiaci signa, Mina pisces: Meda ovis: Idava taurus: mithuna unio, gemini: Carkidaca cancer: Sinha Leo: Canya virgo: Tulà libra: Urshvica scorpio: Dhanu, vel Dhanuva arcus: Macara Balena: Cumbha vas aquae, amphora.

NB. Non est hic locus demonstrandi, *Libram* seu *Tulà* signum in Zodiaco Indico vel ab ipsa sui primaeva inventione stetisse: atque ad Indos ex schola Alexandrina haud-

Sàlòkyam, visio de facie in faciem.

Sàmànyam, res communis, res trita.

Sàmìpyam, aproximatio, quasi contactus. Esse vicinum, proximum alicui; item unio cum Deo, alter gradus beatitudinis, dum nempe Deo quasi compaginamur.

Sàmudra, mare.

Sàmudraca, sal maris.

Sàntva, verbum amoris; affabilitas, obsequium, annutus, blanditiae.

Sàndrsztica, fructus qui statim cernitur; fructus primus visibilis.

Sàndram, res pinguis, crassa, oleosa.

Sàmya, similitudo, forma similis.

Sàmvatsaram, res anni, ad annum spectans.

Sàpahlyam, res fructifera, utilis.

Sàra, sàram, medulla; substantia; justitia; vis, virtus; res pretiosa.

Sàrameya, canis; ita dictus ab acri odoratu.

Sàranga, avis quaedam duplici rostro; item cervus.

Sàràsa, nymphaea.

Sàrasyam, res appetitui, gustui idonea: res appetitum excitans.

(*) Hinc *Sàmavèda*, lex lenitatis inter Indos celebris, *de non occidendo*; quae prohibet non solum occisionem hominis, sed etiam necem animalium; et praecipit lenitatem erga omnes, sensuum et animi passionum coercitionem, sui victoriam. Haec est Indicae Philosophiae summa, hic apex.

Sàrupyam, participatio formae; alter gradus beatitudinis in Theologia Brahmanica, cum nempe homo beatus particeps fit formae divinae.
Sàrtha, grex animalium.
Sàhasam, *passio*, toleratio mali, morbi, vexationis &c.
Sàhasra, dux, qui mille militibus imperat.
Sàkshàl, *adv.* evidenter, propriè, integrè.
Sàkshi, testis, compositum ab *akshi* oculus, et *sa*, simul, quasi oculatus testis.
Sàsztàngam, prostratio in terram: adoratio cum prostratione: item reverentia cum inclinatione corporis.
Sautschica, sartor.
Saudha, argentum; palatium.
Saucaryam, res facilis.
Saukhya, voluptas: quies dulcis: animus sua sorte contentus.
Saumyam, res venusta.
Saumya, h. venustus, pulcher.
Saunya, libramentum, *il livello*, item perpendiculum.
Saundarya, formositas, venustas.
Saurabhyam, odor suavis.
Sauhrdam, amicitia, confidentia.
Sauszaryam, res vana.
Seindhava, sal catharticum, sal armusiacum, *sal d'ormus*.
Seinica, miles.
Seinyam, exercitus.
Seinyaprsztam, *cosa di riserva* Supplementum.
Sètschana, irrigatio per aquam.
Sènà, exercitus.
Sèni, sènànì, dux, imperator militum, item dux militiae caelestis, nempe *Subramanya* seu *Scanda*.
Sènangam, pedites, equites, currus, et elephantes.
Sèvaca, servus.
Sèvanà, sèvanam, servitus, obsequium.
Sènapati, dux militiae.
Sèvà, servitus, cultus, obsequium.
Sèvita, h. cultus, h. cui exhibetur servitus, obsequium.
Sidham, res facta, res obtenta.
Sidhàntam, intentum, obstinatio, contumacia. *Dèvaviruddhasidhànti*, incredulus, qui Deo resistit, atheus, Deo renitens.
Sidhi, obtentio, aquisitio, consecutio.
Sidhma, gestamen, vestis, pannus sive albus, sive niger tegendo corpori idoneus.
Sicatà, arena, *Sicatamayam*, res arenosa.
Sikthaca, cera.
Sitam, res alba.
Silham, thus.
Sindùram, pulvis chymicus.
Sindhu, amnis vulgò *Indus*; item mare.

Sindhusthàn, India a flumine *Sindhu* sic dicta, qui eam alluit, et dividit. Corrupta sunt, et ex Persica et Arabica lingua dimanantia *Hindustàn*, *Hendostàn*, *Indostan*, et similia, quibus plerique Anglici scriptores inculte utuntur. (*)

Sinha, leo.

Sinhanàda, vox, rugitus leonis, item clamor bellicus, classicum.

Sinhàsana, thronus, sedes auro renidens.

Sinhicà, mulier quaedam, quae simium *Hanumàn*, mare transilientem, deglutire voluit.

Sirà, vena, arteria.

Sìda, h. tristis, dolens.

Sìmantini, mulier, item quaedam heroina.

Sìmà, terra, terminus, limes.

Sità, uxor *Ràmae*, item terra, item sulcus aratri, item praedium rusticum, fructiferum.

Sìsam, plumbum. *Sìsacam*, idem.

Sìrti, saltus, saltatio prae gaudio, exultatio.

Srka, srszta, creator.

Srnica, humor, saliva oris.

Srti, via, item ambulatio, profectio.

Srszti, res creata, creatura, item res certa.

Soma, Lunus seu Luna.

Sòma, sòmam, nectar.

Sòmapàna, potus succi herbarum in sactificio *sòmayàga*.

Somalam, res oleo attemperata.

Sòdara, frater.

Su, est praepositio laudis, v.g. *tscharitram*, gesta, vita, *sutscharitram* insigna, laude digna gesta, vita, operatio.

Sudershana, vultur, aquila, et quidquid aliud, quod acuto visu gaudet.

Sudàya, dos mulieris.

Sudukham, magna tristitia.

Sudùram, *adv.* valde longè.

Sudhà, ambrosia, item satietas.

Sudhì, h. acris intellectus, sapiens, prudens.

Sucaram, res facilis.

Sucrta, virtus, opus bonum.

Sucrtì, h. beatus, fortunatus.

Succha, voluptas, gaudium, quies.

Succhòdeyam, occasio ad gaudia, &c.

Sugandha, odor bonus.

Sugandhi, qui bene olet.

Suhrl, amicus.

Suhrdeya, cor bonum, animus bonus.

Sulàbham, res obtentu facilis.

Sumèru, mons gloriae, in quo dii.

Sumuccham, res venusta, pulchra.

(*) *Sthàn*, locus, regio, dignitas; *sthànica* loci superintendens; *Sindhusthàn* locus, regio ad fluvium *Sindhu*.

Sumucchì. fem. pulchra.
Sunrta, verbum veritatis, et sinceritatis.
Sundara, h. formae eximiae.
Sundarì, m. pulchra.
Sunderam, res formosa.
Supantha, bona via, recta via.
Supratìca, h. corporis pulchri.
Supralàpa, dulcia verba, dulce colloquium.
Sura, unus ex diis.
Surà, vinum indicum ex palmis expressum, potus *surae*.
Surapànam, potatio *surae*.
Surùpam, imago pulchra, item res pulchra.
Sustara, storea, stragula, tapes, lectus.
Suta, filius.
Suvarna, aurum, color pulcher.
Suvàsanì, ancilla.
Suvrta, h. probus.
Suszi, foramen.
Suszamam, res excellens, desiderabilis.
Susziram, res foramine instructa, perterebrata.
Sùtschaca, explorator, h. curiosus, indagator.
Sùtschà, acus, spina, *sutschi* idem.
Sùtschàgra, cuspis acûs, spinae.
Sùda, coquus oryzae.
Sùkshma, tenuitas.
Sùnu, filius.
Sùra, sùrya, Sol.
Sùta, auriga, item faber carpentarius.
Sùti, partus.
Sùticà, quae parit.
Sùtra, filum; *gelasùtra*, artificium, *colliquiae* aquae salientis.
Scandha, humerus; item pes arboris.
Scalena, casus, lapsus.
Scalita, h. calvus, glaber.
Syandana, miles equestris, eques.
Smitam, risus, subrisio.
Smarena, memoria.
Smàrta, h. bene memor; tenacis memoriae vir.
Snàtaca, Brahman domus curam gerens.
Smrti, theologia moralis, praecepta morum. Vide *Manusmrti*.
Snàna, lavatorium, lustratio, purificatio.
Snàta, h. lotus.
Snigdha, h. dilectus; item pinguis.
Snèha, amor.
Snuszà, uxor filii.
Spatica, crystallum.
Sperszam, tactus.
Sperdhà, aemulatio.
Sperdhyam, res emulatione digna.
Spershanà, actio tangendi.
Spersztam, res clara.
Sprszti, tactio, tactus.
Sperhanìyam, res desiderabilis.
Sperhà, desiderium.
Sprsztam, res tacta, contacta.

Spahtà, cucullus serpentis.
Spàram, *adv.* multum.
Sphòda, ruptura, fissio, rima.
Sphudana, fissio, divisio.
Sphurita, h. insignis.
Sphulinga, scintilla.
Sransa, qui involvit, miscet.
Sramsitam, res involuta, mixta, turbata, confusa.
Sravana, fluxus.
Sruvà, vas ligneum pro sacrificio, vel libamine.
Srotassa, velocitas currentis.
Stana, pectus muliebre.
Stanana, tonitru.
Stanyam, lac mammae.
Stabdam, res erecta, exaltata.
Stabda, h. erectus, superbus, arrogans.
Stamba, nemus.
Stambha, apathia, debilitas sensuum, inertia.
Starena, lodix, pannus, linteum ad tegendum, velamen, tegumentum, lectuaria sindon.
Steinyam, furtum.
Stèna, fur.
Stìrnam, res tecta, velata, item extensa.
Stècam, *adj.* paucus, a, um.
Stòma, laus, turba.
Stòtavyam, res laudabilis, laudanda. (*)
Stòtra, laus, *stuti* idem.
Stutam, res laudata, celebrata.
Stutyam, res laudabilis, laudanda.
Streinam, res muliebris.
Strì, mulier.
Strìlinga, genus femininum.
Strijagàram, septum feminarum, *Serraglio delle donne*; item conservatorium puellarum.
Strìpunsalekshana, in quo uterque sexus comparet, *hermaphrodita*.
Strìpuszpam, menstrua mulieris.
Strìcusuma, idem.
Stagana, contectio, velatio.
Staguitam, res tecta, operta, velata.
Sthalam, locus, situs.
Sthandhila, locus in quo degunt poenitentes philosophi, coenobium.
Sthapati, faber lignarius.
Sthapur, locus aditu difficilis, locus altus.
Sthajì, stans, item miles custos praesidii, muncipii, vigil, excubiarum unus.
Sthàla, vas aureum, *sthàlì*, olla.
Sthàn, sthàna, locus, dignitas, habitatio, jus, praetensio.
Sthànica, praeses, inspector, dirrector loci.
Sthànìya, aula regis, palatium.
Sthàpati, summus rei vestiariae praefectus, item aerarii custos.
Sthàpanà, sthàpanam, colloca-

(*) Hoc ita construes: *asja dusztasja nàma na stòtavjam*, hujus nebulonis nomen non laudandum, vel non est laudabile.

tio, positio, erectio.
Sthàtavyam, res quae stare vel erigi debet.
Sthàvaram, res immobilis.
Sthàvaradjengamam, res mobilis et immobilis.
Sthàvir, h. virilis aetatis, senior.
Sthàvira, senectus, gravior aetas.
Stheirya, firmitas.
Sthèma, firmitas, fortitudo, robur, generositas, magnanimitas.
Sthèsztam, res firmissima.
Sthijuca, gubernator, praefectus populi, tribunus.
Sthiram, res firma. (*)
Sthiradansztra, sus, item serpens.
Sthirà, terra.
Sthiràmsham, substantia, medulla alicujus rei.
Sthiti, existentia.
Sthitam, res existens, item stans, item statio, actio standi.
Sthùlam, res crassa, stolida.
Sthùla, h. iners, hebes, item crassus, pinguis.
Sthùlaleksha, h. liberalis.
Sthùlanàsam, sus, porcus.
Sthùnà, columna.
Svabhu, per se existens, dicitur de *divis*.
Sva, svan, h. cognitus, h. ejusdem familiae, agnatus, cognatus. Σὺνομος.
Svabhàva, natura, indoles naturalis, genius, inclinatio naturalis, essentia.
Svatscham, res lucida, res valde clara, et limpida, *v. g.* aqua.
Svatschanda, h. liber, dominus sui.
Svatschàvrti, libertas sui, liberum arbitrium omnia faciendi ex sua voluntate, item h. liber, suae voluntati obsequens.
Svadjena, h. ejusdem familiae.
Svadherma, libertas, item res legitima, unde *svadhermaputràh*, filii liberi et legitimi.
Svadjenena, sua nativitas, sua generatio, sua prosapia.
Svadana, comestio, cibus delicatus; lautae epulae, item gustus, item delibatio.
Svadja, suus filius.
Svacam, res propria.
Svajabhu, qui per se existit. Dicitur hoc de deo *Brahma*, item aer.
Svalpam, res exigua, pauca.
Svamma, divitiae.
Svana, sonus, vox, strepitus.
Svanitam, resonatio, strepitus, vociferatio.
Svapana, somnus.

(*) *Parèszu puruszèszu sthira tschitta tvam asi*.
Inter alios viros (in aliis viris) firma voluntate (animo forti) tu es. *Sthira nirbhaja mana*, firmus et intrepidus animus.

Svapna, somnium, item somnus.
Svapnadershenam, somnium, visio in somnio. *Svapnadrszti*, idem.
Svapnashìla, dormituriens, somnolentus, h. ad dormiendum proclivis.
Svatantra, h. liber, sui dominus.
Svara, vox.
Svarasa, dies, item domus.
Svarita, h. beatus, qui caelestem gloriam adeptus est.
Svarùpa, naturalis indoles, item dignitas regia.
Svargga, caelum Ethnicorum.
Svarggastrì, nympha, concubina.
Svarna, aurum.
Svarnacàr, aurifer.
Svarnamayam, res coloris aurei, item color aureus.
Svarnadi, *Ganges* caelestis, ajunt enim *Gangem* e caelo dimanare, et quidem ex capite dei *Shivae*. Quare *Shiva* deus *Gangàdhara*, i.e. *Gangis bajulus* nuncupatur.
Svavasha, h. liber, nulli subjectus.
Svavashà, m. libera, domina nulli serviens.
Svavasana, officina.
Svaser, svasà, soror.
Svascandha, libertus.
Svascandhà, liberta.
Svasti, *adv.* feliciter, prosperè bene, cum profectu. Apprecatio est, quae fit homini sternutanti, aut prosperitatem aliquam assequenti. Vide syntaxim *pag.* 133. Idem notat *ave*, *salus*, *salve*.
Svastica, palatium regis.
Svastimàn, h. felix.
Svastimati, m felix.
Svasta, h. bene valens, h. integer, sanus.
Svastara, valetudo, sanitas.
Svasriya, filius sororis.
Svadi, bonum principium, prosperum rerum initium.
Svadì, chamaelion.
Svadu, dulcedo, gustus, delicium.
Svadubhakshana, comestio, cibus delicatus, exquisitus, dulces epulae.
Svàdhyàja, recitatio legis *Vèda*, item *Vèda*, seu lex ipsa.
Svàdhyì, uva.
Svàmì, dominus, item frater mariti.
Svàmibhacti, devotio, respectus, veneratio debita regi, domino, Deo. (*).
Svàna, sonus, vox.
Svàpatèya, opulentia, divitiae.

(*) *Svàmidròhi*, h. regi rebellis, *svàmidròham* rebellio in regem, vel dominum.

Svàrtha, significatio genuina.
Svàtantriya, libertas, liberum arbitrium.
Svàsthya, valetudo.
Sveiram, otium, voluptas, liber usus suae voluntatis.
Sveira, h. otiosus, liber, voluptati deditus.
Sveirinì, m. salax, libera, voluptaria.
Svèda, sudor.
Svèdana, sudoris emmotio, sudoris excitatio, item vas olei sudans.
Svìjam, res propria.
Svòdara, suus venter, suus uterus.
Svòderapùraca, helluo, catillo gulosus, abdominis mancipium.
Svòdaja, suae felicitatis, fortunae principium, fausta initia; quasi *ortus* et *nativitas* suae fortunae, et prosperitatis.
Svodadja, sua domus, domus in qua quis natus est.
Svolpati, sua genesis, sua prosapia, nativitas, item suae nativitatis stella.
Svolpadana, sua conceptio.
Svopèkshà, sui negligentia, nulla sui cura.

ह. T.

Tadà, tunc.
Tadàtva, tempus quod tunc est, vel fuit.
Talava, auctor, dux, primus administer, primus inter suos.
Tamanti, mulier, quam deperiit deus *Dèvendra*, quam ob rem lites et contentiones inter divos in caelo.
Tantram, artificium, dolus, pedica, jocus festivus.
Tantri, jocasta, h. vafer, deceptor.
Tanyam, res mala, reproba.
Tapa, tapassa, poenitentia, meditatio sancta.
Tapasi, poenitens, meditans monachus, vel philosophus gentilis. *Tapòdhana*, idem, *tapodhanì*, m. poenitens, religiosa, monialis.
Taraca, *vulgò* mediator in emtionibus et venditionibus, *proxeneta*.
Tara, taram, classis, qualitas rerum.
Tarani, cymba.
Tarkam, contentio, disputatio, argumentum.
Tarkashàstra, Logica.
Tarpana, speculum, rectius *darpana*.
Tascara, fur.
Tatya, *vulgò* comoedia.
Tatram, *adv.* citò, velociter.
Tatva, dictio generica explicans potentias, partes, et conditiones compositi physici viventis sive in corpore, sive

in anima. Item, quod *est*, item veritas.

Tatvavàdi, h. veridicus, item h. sectae cujusdam philosophicae, quae veritatem docere se jactat.

Tapi, cochlear extrahendo oleo et butyrro idoneum.

Tavilà, *vulgò* rana.

Tàdhana, flagellum, item castigatio, correctio, percussio.

Tàta, pater, item *yògui* gymnosophista sectae *Vishnuviticae*.

Tàla, discus ex aere cratere amplo.

Tàli, *vulgò* gemma maritalis, quam nuptae ex collo pendulam gestant. Non annulo, sed hac gemma sponsus sibi sponsam despondet.

Tàlam, discus ex aere, manu tactus, resonans, instrumentum musices.

Tàmara, nymphaea.

Tàpa, dolor.

Tàra, tàram, stella.

Tàrà, buccina.

Tedjassa, splendor.

Tirà, cortina.

Tripura, mons, quem evertit deus *Shiva*.

Tiruvati, majestas. (*)

Tìra, littus.

Tyàga, repudium, abdicatio, item donum.

Trimùrti, Trinitas indica.

Tritva, Trinitas.

Tulàm, pondus, quod appendit centum *palam*.

Tula, libra, signum *librae* in zodiaco.

Tulyam, aequalitas.

Tulya, aequalis, e.

Tumbi, vel *vanda*, scarabeus.

Tvam, *tu*, item indoles, energia. Dum nominibus adjungitur infert significationem *abstractam*.

Tvakr, pellis, item sensus tactus.

2. U.

Utschitam, convenientia, proportio, reciprocatio dati et accepti, scilicet dum tantum pro tanto redditur. Item poena talionis, retributio talis pro tali.

Utschi, zenith, *utschà* meridies.

Utschraya, altitudo.

Udara, venter, uterus.

Udaya, ortus, nativitas solis, lunae, astri, hinc *Tschandròdaya*, nativitas lunae, *Tavòdaya*, nativitas tua, *Mitròdaya* ortus solis, &c.

Udajamàna, nativitas, ortus so-

(*) *Juszma Tirupadju sacala succhatscha shubha kìrtitscha èdhjatàm muhur muhur*. Vestrae Majestati omnes voluptates, et boni nominis fama accrescat iterum, iterumque.

lis. *Udimàna*, idem.

Uduca, *vulgò*, scala, climacter e marmore.

Udjàna, hortus recreationis, nemus.

Udjòga, intentum, apparatus.

Udjòcta, h. promptus, praeparatus.

Udhàra, erectio, actio aliquid attollendi, erigendi. Exaltatio.

Udà, *vulgò* bracchae, quas gerunt comici, et saltatores.

Udè, *vulgò* dominus, proprietarius rei, vel domus, unde *udetàna*, vel *udeyatàna*, possessio, dominium, *udeya svàmi*, dominus omnium.

Ugra, ardor solis, piperis &c. item asperitas, acrimonia.

Ugra, ira, acerbitas.

Ugràna, superbia, fastus, animus inflatus, arrogantia.

Uyara, *vulgò* altitudo.

Ulà, *vulgò* fornax, item follis fabri ferrarii.

Ulbhava, conceptio, generatio.

Umà, domina, item dea *Pàrvati*.

Umàda, stultitia, superbia.

Undicà, percussio monetae, *conio*, est dictio vulgaris.

Upadhàna, lectus, item pulvinar.

Upadèsham, doctrina, ars, artificium.

Upadèshi, magister doctrinae, item deceptor.

Upamà, comparatio, assimilatio, *anupamà* discrepantia, dissimilitudo.

Upastha, membrum virile.

Upadrava, molestia, persecutio.

Upavàsam, abstinentia.

Upavàsi, h. abstinens.

Upavìta, resticulae, seu funiculi, quos Brahmanes ab humeris gestant, sacerdotii indicium.

Upacrama, principium, incoeptum.

Upatschàram, urbanitas; donum gratuitum; gratiarum actio.

Upàsana, applicatio mentis, contemplatio.

Upeyam, negotium; item lucrum ex negotiatione.

Uttamam, res optima, excellens, nobilis. *Uttamastrì*, mulier nobilis, et proba.

Uttaram, responsum; item septentrio.

Uttaràyana, cursus solis versus Boream.

Uttara, uttaram, stella, *cauda leonis*.

Uttaràti seu *uttaravirutàti*, stella in piscibus.

Uthitam, res exaltata, erecta.

Uszacàla, aurora; tempus matutinum oriente sole.

Usznam, calor; hinc *mahòsznam*, magnus calor.

Usznòdaca, aqua calida; componitur ex *uszna* calor, et *udaca*, aqua.

Ulamà, *vulgò*, aratio, labor agrestis.

V.

Vatschana, verbum, dictio.
Vada, vàda, idem.
Vaditam, res dicta.
Vadhà, occisio; *vadha* mors.
Vadaca, et non *badaga*, *vulgò* Septentrio; unde *vadacara*, *vadacare* nomen propr. urbis, id est, borealis urbs, terra borealis. *Vadacan* h. borealis, septentrionalis.
Vacà, *vulgò* pars; latus; modus; classis; bona temporalia.
Vahana, vehiculum, item advectio.
Valamà, melius *dìkshà*, luctus, parentalia post obitum regis.
Valia, *vulgò* res magna, unde *valiapatan*, *valiapatana*, nomen propr. urbis.
Vatsaca, h. parvus, albus.
Vatsalam, res amabilis.
Vèlusam, mendacium, res mendax.
Valliyàr, amnis quidam.
Vellùra, piscis siccus lacustris, item malva.
Valli, vimen, virga.
Vamsha, vamsham, prosapia, generatio, stirps.
Vana, vanam, vanantara, eremus, desertum, *vanavàsam* habitatio, domus in eremo, eremitorium.
Vanavàsi, eremita, poenitens ex secta *vanaprasti* dicta.
Vandanà, vananà, adoratio, veneratio.
Panca, *vulgò* foramen muris, gliris, serpentis, columbae.
Vancàlam, *Vencàla*, regnum vulgò *Bengàla* nuncupatum.
Vanki, species quaedam pugionis.
Vanda, *vulgò* scarabeus.
Vantschacam, falsitas, illusio, *vantschanàdi*, idem.
Vantscha, illusor, deceptor.
Vantschamuni, *Ravana* gigas, rex insulae *Lanca*.
Vantschi, mantschi, *vulgò* cymba, navicula.
Varaca, milium coloris atri.
Varaca, nomen prop. viri.
Vara, varam, donum; xenium; sors; gratia. (*)
Varamba, *vulgò* agger, vallum.
Varà, virgula, ruga, linea, radius, virga etiam in scripturis ad expungendos errores ducta. *Varipa* expunctio, de-

(*) Hinc descendit *Deivavara* donum Dei, benedictio; *Guruvaram*, benedictio aut donum Magistri; *vipra ràdjànam varàm brute*, Brahman regi sortem, auspicium dicit. *Deiva varam mudhita mana dhrijatàm*, Dei gratiam hilari voluntate suscipe.

letio ducta virgâ.

Vari, linea in scribendo, linea in libris, cuspis, series lapidum in pariete, absolutè *series*, *ordo*.

Vrsza, vrszam, pluvia, *hyems*, quam a pluvia metiuntur; annus, quem pariter non a quatuor anni temporibus, sed a solo pluviae seu hyemis tempore nuncupant.

Vrszti, pluvia. *Vrszacàla* tempus pluviae, hyems.

Varuna, deus pluviae, praeses aquarum.

Vardhana, incrementum, augmentum, auctio, incrementum etiam in plantis, diaeta, norma victus.

Vargga, classis, v. g. animalium, avium; genus v. g. *castèvargga*, quod tibi genus?

Vardja, vardjam, vardjena, repudium, reprobatio, abjectio, distinctio boni a malo, abdicatio.

Vardjacàla, tempus malum, quo Ethnici operari nefas ducunt. Tempus reprobum, infaustum.

Varma, *vulgò* arteria, locus tactu difficilis et plenus periculi, via difficilis et aspera.

Varna, color, classis, tribus, item vernix, *la vernice*.

Varnakili, rectius *varnashacuni*, avis varicolor.

Varnana, varnipa, descriptio, delineatio, pictura.

Vartaca, mercator.

Vartamànam, novalia, novellae, nuncium, rumor, res nova, quae actu currit, item negotium, gesta praesentia. Hinc *cau vàrtà*? quid novi, quis rumor, quaenam sunt hominum verba?

Vasantarucr, pestis.

Vasiszta, *muni* quidam, philosophus celebris, *Ràmae* praeceptor.

Vastra, vestis in genere, *gìrnavastra*, vestis detrita, laciniae, *rectavastra* vestis rubra, sindon rubicunda.

Vastrabhòdjana, sustentatio per victum et vestitum, victus et vestiarium.

Vastu, res, *Paramavastu*, Deus, prima res.

Vastuta, res vera, realis.

Vasùri, *vulgò* variolae, morbus.

Vasti, clysterium, *vastigrehana*, receptio clysterii.

Vattva, bursa, marsupium, arcula.

Vasha, vasham, potentia; robur; vis; habilitas; capacitas. *Vashahìnam* impotentia &c.; *sarvavasham*, omnipotentia.

Vàtschaca, vatschacam, stylus, elocutio in epistola, libro; forma verborum et dictionis; praeceptum; edictum; ver-

sus; prosa.

Vàtschacamòsza, error in scriptura, libro, edicto, elocutione. *Vàtschacòparàdha*, idem.

Vàda, vàdam, dictio, locutio; argumentum; hinc *satyavàdi* veridicus; *vèdavàdi* legislator; *parivàda*, ironia, vituperium; *nirvàda* idem; *nirvàdi* h. taciturnus; *vàdi*, dictator; *mànavàdi* regis *Manu* praecepta moralia.

Vàdyam, tympanum, sed non militare.

Vàdaca, equus locatitius.

Vàdà, vallum, agger circa urbem; moenia; item agger in bello; item ventus septentrionalis. Hinc *vàdacara*, terra alta, strues ex terra, lignis, et stramine.

Vàta, epilepsia, morbus comitialis; item ventus.

Vádji, equus.

Vàjana, vàjanam, lectio, *granthavàjana*, lectio librorum.

Vàju, ventus, aer.

Vàjubhagavàn, deus aeris.

Vàjuctam, res controversa, controversia.

Vàjuctamàrgga, lex controversiarum. vocabulum quo *Brahmanes* insigniunt legem Christianam, quod ipsa alias religiones a salute aeterna excludat.

Vàli, Bàli, celebris simius, comes et satelles dei *Ràmae*.

Vàl, *vulgò* ensis.

Vàmana, nanus, pigmaeus.

Vànam, caelum, aer.

Vànara, simia.

Vànam, sagitta ignis artificialis ex pulvere pyrio composita, et in aerem jacta.

Vànibha, vàniya, merces, mercimonium; *vànibhan* mercator; ex hoc vocabulo ineptissimè deducta fuit dictio *Banian*, qua aliqui *Europaei* Brahmanes insigniunt. Sunt autem *vànibha*, seu corruptè *vànian* certa Indorum tribus, mercaturae addicta.

Vàkyam, verba, dictio, proloquium.

Vàra, vàram, decimae; item pars bonorum agrestium, quae laboris causa redditur agricolae; item portio redituum, quam accipit agri dominus.

Vàraca, numi, vel obsonia, quae dantur militibus, ut fideliter serviant. Non est stipendium.

Vàri, litus, ripa; item costa corporis; item torrens; rivulus.

Vàsa, habitatio, domus; *vàsi* habitator.

Vàsanà, odor; mos vestiendi.

Vàsara, dies.

Vàsta, vàstam, res valida.
Vàshi, obstinatio; pretium vilius; lucrum ex contractu; qualitas rei; aequalitas. Postponitur aliis nominibus quibuscum construitur, v. g. *àrvàshi* qualitas terrae, qualitas plebis.
Vàva, dies Lunæ plenæ, vel novæ.
Vàvi, *vulgò* fons, lacus.
Vàlà, ficus indica.
Vèda, lex saluti aeternae obtinendae statuta. Indi numerant 3. leges. *V. supra.*
Vèdavàraca, theologus.
Vèdasàkshi, martyr.
Vèdavàdi, legislator.
Vèdànta, scientia legis; documentum; explicatio legis.
Vèdàrtha, sensus, significatio legis.
Vèdàrthadjna, interpres legis, expositor legis sensûs.
Vèdanga, membra, partes legis.
Vèdamuni, doctor legis antiquus, inter Indos celebris.
Vèdànti, Brahman sciens legem.
Vèdhana, dolor, afflictio.
Vèli, septum; item fluxus et refluxus maris.
Vèlà, terrenum seminationi aptum.
Vènel, *vulgò* aestas.
Vèstà, certitudo.
Vèshi, vèsha, vèshyà, veshastrì, meretrix.
Veishyàpara, ganeo, scortator.
Vèszam, figura; forma vestiendi.
Vaidya, medicina, ars medendi.
Vaidyan, medicus.
Veiram, vairam, diamas; item odium, inimicitia.
Veiri, inimicus, hostis.
Veirashudhi, vindicta.
Veirava, idolum quoddam, cujus vector est canis.
Vibhuszana, gigas, frater *Ravanae*.
Vibhuti, cinis, quo frontem perliniunt gentiles.
Vibhrama, perturbatio.
Vitshari, ventilabrum *vulgò*.
Vitschàram, et *vishàram*, consilium; consultatio; consideratio; cogitatio; cura. *Vishàrahìnam*, defectus consilii, considerationis, curae, attentionis.
Vitschitram, pictura; ornatus, incisio, opus phrygianum.
Vitschita, bardus, hebes.
Vidjà, scientia, ars, habilitas. (*)
Vidyàbhjàsa, exercitium, stu-

(*) *Nàri rupèna pativrtam, dànashîlèna sthùlalaksha, kshama rupèna sadjena, vidja rupèna vèdavàraca djànite.* Ab externa mulieris forma conjugalis honestas, a dandi proclivitate homo liberalis, a patientiae forma bonus vir, a scientiae forma theologus dignoscitur. Haec etiam cum *genitivo* construi possunt.

dium, progressus in scientiis.
Vidjadànam, donum scientiae.
Vidjapàraca, doctor, vir literatus.
Vidu, semen.
Vidham, portio, pars, modus.
Vidherma, excessus, confusio in aliqua re.
Vidhi, ordo, praeceptum, fatum.
Vidhivasham, fatum, sors.
Vidhibelam, vis fati.
Vidhivatschana, praeceptum.
Vità, *vulgò* seminatio, consitio.
Vicalpa, debilitas, infirmitas.
Vicrszta, malitia, superbia.
Vicrama, excessus, confusio, immoderatio.
Vigreha, statua, imago vultûs, item corpus.
Vikhnam, obstaculum, impedimentum.
Vihàr, vihàra, ecclesia, delubrum.
Vijaja, impletio, expletio, explementum.
Vidjea, victoria.
Vidjnànam, scientia, vidjnàni, h. sciens.
Vilà, *vulgò* pretium.
Vilàmayam, pretium exiguum.
Vilànidhànam, pretium commune, mediocre.
Vilàsam, spacium largum, item jocus, ludus, facetiae.
Villa, *vulgò* arcus, rectius *dhanu*.
Vimàna, rheda deorum, qua aerem permeant, rectius *vyòmayàna*.
Vimòtschana, remissio, absolutio, destructio peccati, &c.
Vinàyaca, deus *Gannèsha*, quasi absque domino, quia sine opera domini seu *Shivae* a *Pàrvati* conceptus fuit. Item, magnus dominus, *vi* enim praepositio nunc negationem infert, aliàs amplificat.
Vinàsha, destructio magna, ruina totalis, exitium.
Vineyam, continentia, humilitas, moderatio. *Vinìtam*, idem, castitas.
Vinìta, h. continens, castus.
Viniyògam, repartitio.
Vinòdam, mimesis, ludus, jocus, harmonia.
Vinòdi, mimus, lusor, saltator.
Vipaksha, factio, opinio adversa.
Vireta, divisio, desiderium.
Virata, gigas horrendus, qui in eremo conturbavit monachos, seu *munis* poenitentes.
Viracti, castitas.
Viracta, h. castus. *Virata*, idem.
Viràken, numus aureus, qui valet circitur XX. julios romanos; item pondus aequilibre drachmae.
Viriya, serpens quidam potentissimi veneni.
Viròdham, obstaculum, contrarietas, inimicitia, impedimentum.

Viruta, *vulgò* insigniã familiae, item armilla manûs, qua cinguntur Indi, dum se ad duellum provocant.
Virudha, contrarietas, item res adversa, contraria.
Viruna, *vulgò* convivium.
Virùpa, deformitas, turpis figura, indecens forma.
Vismaya, admiratio, stupor.
Vistàra, vistàram, extensio, amplificatio, sphaera sensuum, longanimitas. *Vistàrana*, idem.
Vivasha, extasis, impotentia, imbecillitas; deliquium animi. *Paravasham*, impotentia.
Vivàda, contentio, disputatio.
Vivàham, matrimonium, nuptiae.
Vivècam, prudentia, discretio.
Vivèki, h. vel m. prudens.
Vividha, diversitas, varietas.
Vivictam, arcanum, locus occultus.
Vivictadèsha, solitudo, eremus, locus secretus.
Vishnacara, regnum vulgò *Bisnager* nuncupatum.
Viszèszam, novalia, fabula, res singularis, peculiaris, praecipua.
Viszèszaca, narrator, fabulator, item evangelista.
Vishèszanam, praedicatum, differentia.
Vishisztam, res distincta, delecta, praecipua.
Vishruta, fama, rumor.
Vishrama, diligentia adversa, conatus contrarius.
Vishvacarma, faber maximus inter Divos.
Vishvam, universum.
Vishvasta, amicus; vir fiduciae.
Vishvamitra, rex celebris, nepos *Brahmae* dei.
Vishvarùpam, transfiguratio, transformatio in omnes formas.
Viszaja, objectum.
Visza, *vulgò* venenum.
Viszagelam, humor corporis.
Viszàdam, admiratio, obstupescentia.
Vishnu, secundus inter deos Indicos.
Vìrya, vìryam, punctum honoris; vis, virtus; robur; arrogantia; strenuitas.
Vyacti, individuum; indivisibilitas.
Vyactam, res individua, indivisibilis.
Vyaksharam, mendum in scritura.
Vyartham, res vana, inutilis, hinc *vyarthacatha*, fabula, narratio vana, inutilis.
Vyàdhi, morbus.
Vyàkhra, tigris animal.
Vyakhyàna, commentarius, commentum, explicatio; item accusatio.
Vyàdjam, dolus, astutia.

Vyàpi, h. qui obtinet, aquirit, consequitur.

Vyàpti, consecutio, obtentio, aquisitio.

Vyàsza, *Jupiter* planeta, *vulgò*.

Vrtam, institutum, regula bene vivendi; item votum. Hinc *pativrtam* honesta vivendi ratio, probis mulieribus peculiaris; *canyàvrtam*, virginitas &c.

Vrdham, senectus. *Vrdha*, senex.

Vrdhi, incrementum, augmentum.

Vrksha, arbor.

Vrnda, grex, turma.

Vrnam, *vulgò* ulcus.

Vrttam, actio; opus; votum; item quaedam species carminis.

Vrttànda, materia de qua agitur; historia; actio; gesta; opus.

Vrshvicam, scorpio; unde *vrshvicamàsam*, mensis November.

Vrszti, pluvia.

Vrszam, hyems, annus, *vide* paullò supra.

৯. Sh.

Shabda, vox; tonus.

Shabdsvara, intonatio.

Shabdapàràdham, error in pronunciatione; item detonatio.

Shabdashàstra, scientia recte pronunciandi.

Shatru, inimicus; shatrubhàva, inimicitia.

Shacati, lutum, argilla.

Shacata, *vulgò* carpentum.

Shacana, *vulgò* augurium.

Shacti, vis; potentia; robur; item dea *Shacti*, mater indicae Trinitatis; *Natura*.

Shactipùdjà, sacrificium obscoenum, quod fit deae *Shacti* seu *Naturae*, matri rerum omnium.

Shactimàn, h. potens, robustus.

Shactitreyam, tres conditiones, quibus affici debent Reges: *prabhushacti*, dominium in multos; *utsàhashacti*, animus dexter et constans; *mandrashacti*, consilium, virtus consilii.

Shactisprsham, tactus seu contactus per unionem animae cum corpore, prout distinguitur a contactu divisibili duarum partium.

Sharcara, medulla arundinis saccharíferae, saccharum ipsum.

Shacram, rectius *tschacram*, rota, circulus, sceptrum dei *Vishnu*, quo per motum, seu generationem et corruptionem non intermissam, omnia conservat.

Shacravàla, rotunditas.

Shayana, lectus, item cubitus in lecto.

Shalàpa, rectius *Salàpa*, piscatio margaritarum.

Shalyam, cuspis sagittae, lanceae. *Shalimuccham*, idem.

Shallada, quaedam caligarum species.

Shlipada, pes crassus et gravis; item h. simili pede deformis.

Shamana, febris intermissio, convalescentia, melior conditio morbi; item refroenatio, v. g. *indriashamana*, refroenatio sensuum.

Shama, mollities, clementia, continentia, moderatio.

Shangha, *vulgò* cor.

Shanccha, buccinum, insigne dei *Vishnu*.

Shara, sagitta.

Sharana, protectio, auxilium, reverentia, aliquando *spes*.

Shari, aequalitas.

Sharìra, corpus, *sharìri* corporeus.

Sharddi, sharddiguuma, vomitus.

Shastam, prashastam, res prospera; prosperitas, felicitas.

Shastra, shastram, ferrum acutum, sagitta, cultellus ad incidendam venam, unde *Shastravidyà*, chirurgia.

Shaccham, *vulgò* cadaver.

Shàdrshyam, res similis, item similitudo.

Shàdrshyavàrtta, adagium, verba comparationis, proverbium.

Shàya, rectius *tschàya*, color, vernix, color ex herbis et plantis extractus ad tingendos pannos sive linteos, sive gossypinos.

Shàyacàr, tinctor, dictio vulgaris est.

Shàlaca, shàlacapurà, fenestra.

Shàlà, cubiculum, domus, museum.

Shàli, shàlava, *vulgò* shal, amiculum sericeum, tegendo corpori idoneum. (*)

Shàlicà, marsupium numis recondendis, quod corpori accingitur.

Shàliyam, color ruber ad scribendum, item vernix rubra.

Shàmam, fluxus et refluxus maris tempore lunae novae, et plenae.

Shàmana, forceps aurificis.

Shàmà, species milii minimi.

Shàn, *vulgò* palmus.

Shambuva, simia quaedam, dux celebris simii, *sugrìva* nuncupati.

Shànta, shàntata, clementia,

(*) Haec amicula in lingua vulgari Indostana vocantur *xàl*, id est, *sciàl* italico ore prolatum; conficiuntur ex lanis caprarum *Tibeti*, et venumeunt in Indiae urbe *Cashimir*.

mollities, moderatio.

Shànti, h. clemens, moderatus.

Shànàn, olitor, palmarum cultor.

Shàpa, maledictio.

Shàrita, vox canentis.

Shàsana, providentia; auxilium; decretum; doctrina; minae; correctio.

Shàsta, corrector, qui providet, et castigat; hinc *shàstamuni* Mercurius, censor, corrector, virga instructus.

Shàstra, shàstram, sciencia.

Shàstri, vir litteratus, litteris excultus.

Shaucà, species *baldachini*, peripetasma quadrilaterum apertum.

Shauriyam, vis, robur, generositas, strenuitas.

Shèszam, quod superest; unde *shèszàrtham*, micae, reliquiae, reculae.

Shi, praepositio indicat *multum*.

Shità, gryllus.

Shicara, pinaculum.

Shikshà, emendatio, correctio, castigatio; item concinnitas, perfectio.

Shicchà, cirrus; nodus capillorum; antia.

Shicchamani, gemma, lapis pretiosus in capite, in crinibus.

Shilàcà, *vulgò* filum ferreum, aereum.

Shilpam, venustas; item opus artificis; item perfectio, concinnitas.

Shilpapurusza, vir perfecti corporis, et optimae staturae.

Shilpashàstra, ars mechanica.

Shilpi, qui mechanicam exercet.

Shilpàcyam, quaedam species carminis.

Shinçàri, h. fuco illitus. Rectius *shrangàri*.

Shira, shirassa, caput.

Shiva, id est, *Bonus*, tertius indicae Trinitatis deus; *Rudra*, *mahèshvara*, *ishvara*, idem. *Shivam*, bonitas.

Shivadiksha, secta philosophica, *Shiva* deum super omnia exaltans.

Shivàleyam, templum *Shivae*.

Shivàra, repetitio nominis *Shiva*, cui annexa est peccatorum remissio.

Shishna, membrum virile.

Shishu, pupus, pupa; res parva, animal pusillum.

Shishtam, superfluum, reliquum, reliquiae.

Shiszta, h. excellens.

Shisztaparipàla, remunerator.

Shiszya, discipulus.

Shìtam, res frigida, gelida, humida; item frigus; *shitalam*, idem.

Shìtaca, h. frigidus, iners, hebes.

Shìtòsznam, calor humidus.

Shìcara, gutta, stilla.

Shicram, *adv.* citò.

Shìlam, conditio; indoles; habitus.
Shìl, intonatio cantici.
Shìrà, ensis; subucula; armilla militaris.
Shìval, panni, vel lintei laxitas in textura.
Shòbhà, shòbhanam, splendor; radiatio lucis.
Shòbhana, h. splendens, lucidus; illustris.
Shòdhana, tentatio; item nitor, mundities.
Shòdhi, lux, splendor; quaedam stella.
Shòdhanamayam, res splendens.
Shòdhyam, res purificanda, emundanda; hinc *tscharama shòdhyam*, judicium universale, in quo peccatorum disquisitio.
Shòtarava, *vulgò* divinatio.
Shòcam, tristitia.
Shòca, facies tristis, pallida; tumida ex morbo.
Shòca, shòki, simius, simia.
Shòlam, milium.
Shòszam, macies corporis.
Shrama, diligentia; conatus; labor.
Shravana, auditio, obedientia.
Shravana, shravani, h. diligens, mulier laboriosa.
Shravana, idolum quoddam.
Shrava, originale, prima scriptura, quae deinde describenda est. Archetypum.
Shreya, shreyassa; excellentia, magnitudo.
Shrèsztam, res eminentior.
Shrèszta, h. eminentior; superior; tribunus, &c.
Shrìmàn, h. celebris, fortunatus.
Shranga, cornu.
Shrìpàda, pes.
Shrì, fama; fortuna; item dea *Lekshmì*. Hinc *Shrìràma*, famosus, vel fortunatus *Ràma*.
Shròta, auditus; aures.
Shrancàram, ornatus, fucus seu color quo quis faciem imbuit; item bellè, ornatè.
Shruta, shruti, fama; rumor; sonus, hinc *manishruti* sonus campanae, *genashruti* rumor populi, &c.
Shrszti, creatio, rectius *srszti*, creatio ex nihilo.
Shvàsa, shvàsam, respirium, respiratio, hinc *shvàsarudham*, impedimentum respirationis, respiratio impedita. *Aashvasata*, respirium, consolatio.
Shvà, canis, *vulgò* shvàva.
Shjàma, shjàmala, nigredo, hinc *Shjàmalì*, Mercurius seu Budha niger, fuscus, facie fuliginosus, vide *Malì*.
Shjàmalam, res nigra, atra, fusca.
Shjàmavarnam, color niger.
Shudha, shudhi, nitor, puritas, mundities.
Shudhàmànam, res pura, nitida, sancta.

Shudhabhòdjana, cibi mundi, abstinentia a carne et piscibus, victus ex herbis et lacticiniis.

Shudha, shudhicàr, h. mundus, purus, nitidus.

Shudhicaram, purificatorium, purificatio.

Shudhicarasthalam, purgatorium, locus purificationis. *Uttarasthalam*, purgatorium, seu locus, in quo quis pro culpa respondet, culpae satisfacit.

Shudhòcta, h. mundus, purus.

Shuclam, cataracta; item albedo; item semen virile.

Shuclapaksha, tempus medium inter lunam novam et plenam.

Shukàya, *vulgò* clavus, navis gubernaculum; rectius *tschucàjam*.

Shucra, shukren, stella Veneris, nempe Lucifer, Phosphorus, Vesperus; *vulgò venmìn*, piscis albus; vel *perumìn*, piscis magnus.

Shukrìva, vel sukrìva, simius quidam *Ràmae* dei famulus.

Shuni, canis femina.

Shlòca, shlòga, versus; poema, sententia sapientis, ἀπόφθεγμα; fama.

Shrònitam, semen femineum.

Shushrùszà, famulatus, obedientia; servitus; blanditiae. Dicitur praecipuè de attenta et accurata servitute Dei, Regis, praecellentis virì.

Shùla, shùlam, tridens; hinc *shùlì* tridentifer; *trishùlì* tridentifer deus *Shiva*.

Shùlà, palumbus coloris viridis.

Shunja, shunjam, malitia; invidia. *Parashubhadvèshi*, h. invidus.

Shunyam, dies infaustus ob aliquod malum augurium; item dies unus ex *nefastis* in mense.

Shrùram, robur, strenuitas.

Shrùra, h. strenuus; *shrùrì*, virago, fem. fortis, strenua.

Shùrnam, melius *tschùrnam* pulvis medicus; pulvis, res contrita, trita.

ನಾನಾರ್ಥ ವರ್ಗ

Nànàrtha vargga.

Sunt in lingua *Samscrta* frequentia vocabula, quae ancipitem et multiplicem significationem habent. Latini ea *aequivoca* appellant, Indi *Nànàrtham*. Horum classim affert *Amarasinha*, quam inchoat in voce *Naca*, et terminat in dictione *Parìbarha*. Versus incipiunt:

Nàcah: àcàshè tridivè nàcò lòcastu bhuvanè genè.
Shlòca: padjè jashasi tscha shlòca sharè khedhguè tscha sàjaca.
id est:

Dictio *Nàca* summitur pro aere et caelo;

—— *Lòca* (Lòga) pro mundo et incolis mundi.

Dictio *Shlòca* (Shlòga) pro versu, et fama, gloria, celebritate.

Sàjaca pro sagitta et gladio.

Multiplicem et ambiguam significationem plurium dictionum ego jam supra in Dictionario attuli; quare his nominibus aequivocis recensendis heic supersedeo. Speciminis gratia tantum hic pauca subjungam.

Guru, magister, item res praecipua, magna.

Mitra, Sol, item amicus.

Mitràmitram, amicitia, et inimicitia.

Rùpja, argentum; celebritas; venustas.

Dictio *Mantra*, verbum; oratio, locutio secreta; legis differentia.

Krìjà, actio; cerimonia; ritus.

Satjam, veritas; jusjurandum.

Vanam, silva; aqua.

Vidhi, judicium; praeceptum; fatum.

Sita, mundities; albedo.

Ràma, niger; formosus; albus; caeruleo-viridis.

Dherma, sanctitas; virtus; indoles; honor, reverentia; justitia.

Càma, desiderium; voluntas; intentum.

Nàbhì, rex; umbilicus.

Garbha, foetus, venter, quidquid concipitur.

Sthànam, locus; officium; statio.

Abhinìta, acumen; res

perfecta ; argutiae.

Dictio *Vrttam*, carmen, versus; gesta ; historia vitae, seu *biographìa*.

Varnam, color ; Tribus ; laus ; radii Solis.

Sàram, vis, valor ; justitia ; essentia, substantia.

Hari, deus *Vishnu* ; equus ; Luna ; Sol ; leo.

Màtràn parva mensura ; definitio ; forma materiae.

Patram, vas ; dignitas ; capacitas.

Shàstra, liber ; codex ; scientia ; mandatum seu decretum. (*)

Tschacra, circulus ; rota ; regnum.

Antaram, haereditas ; variatio ; terminus ; mutatio.

Bela, firmitas ; robur, vis ; exercitus.

Hamsa, Sol ; dulcedo ; deus ; avis quaedam.

Jòga, meditatio, contemplatio ; occasio ; acumen, argutia.

Sargga, natura ; certitudo ; creatio ; copula.

Dictio *Bhaga*, desiderium turpe ; fama ; energia ; magnanimitas ; laus. *V. infra*.

Nimìtam, causa ; augurium, pulchritudo.

Gràmanì, Brahman ; princeps, primas territorii.

Varam, excellentia ; benevolentia, donum divinum, gratia, sors.

Tantrì, somnus, pigritia.

Tantra, artificium, versutiae, dolus, deceptio ; facetiae, joci festivi.

Tantram, excellentia ; intentum ; judicium, definitio ; versutia. (**)

Tantrì, h. callidus, versutus, illusor ; item chorda citharae.

Patra, avis ; vehiculum ; folium ; ala avis.

Shastram, ferrum acutum ; sagitta.

Gaur, Sol ; res alba ; res flava.

Shivà, dea *Pàrvati* ; bona mulier ; alba mulier.

Purusza, anima ; vir ; deus

(*) Hoc ita exprimit Amarasinha :
Nidèsha granthajò shàstram ; shastramàjudha lòhajò. i. e. pro praecepto, mandato, libro (summitur) *shàstra* ; *shastra* (cum prima *a* vocali brevi) pro sagitta, et ferro (acuto).

(**) *Tantram pradhàne sidhànte sùtra pàpè paritschètè*.

Bramha ; persona .

Dictio *Arka* , Sol ; crystallum .

Juga , jugum ; unum par ; duo .

Hasta, manus; stella quaedam .

Pradjà , filius ; familia ; plebs .

Suta , filius ; rex .

Linga , genus ; signum ; sexus ; phallus .

Sugueta, *Mercurius*; item celer viator ; item pulchrè incedens .

Vrndàraca , apex , culmen ; *metaph.* h. praecipuus , superior ; ut *Munivrndàraca*, apex, caput , superior poenitentium ; item pulchritudinis apex .

Shòszpadam , cultus per servitutem et honorem ; unde *Shòszpada*, h. cultu, obsequio, honore insignis ; item moderatus.

Vìdhù , uxor filii ; mulier *absolutè* . (*)

Madhu , *madjè* , *puszparesè* , *kshaudrè* , i.e. *madhu* summitur pro *sura* dulci liquore palmeo ; succo florum ; melè .

Dictio *Àtmà* , diligentia ; intellectus ; mens , anima ; natura seu indoles , ingenium ; deus *Brahma* .

Brahmam *vèdastatvantabò Brahma*, *Brahmà vipra pradàpatì* . i. e. *Brahmam* summitur pro scientia legis *Vèda* ; pro Ente vero Supremo , *Tatva* nuncupato ; pro poenitentia et contemplatione ; *Brahmà* autem cum ultima vocali *a* longa , pro viro Brahmane ; prò deo *Brahmà* generationum praeside .

Prètà , mortuus ; Manes .

Drszti, facies ; oculi, scientia ; aspectus ; visio .

Dhàtu , verbum ; semen humanum , matrix .

Gana , computus ; numerus ; principalitas .

Dhermaràdja, Mercurius ; item deus mortis *Jàma*.

Mùrti , corpus ; idolum ; durities .

Sìndhu , India ; amnis *Indus* ; mare . (**)

(*) In codice *ms.* P. Hanxleden legitur *vidhu* cum *u* brevi , sed debet esse *vidhù* cum *u* longa , ut habet codex *chart.* F. Texeirae , et *Jadhishtiravidjèa* . *Vìdhu* est Luna , alias *tschandramasi* dicta .

(**) *Dèshè nadavishèszè-bdhau Sindhu* , i.e. *Sìndhu* summitur pro regione (India) ; pro flumine peculiari et proprio ; pro *abdhi* seu mari .

Dictio *Samscrtam*, lingua sapientum; res perfecta, concinna.

Calatram, uxor; semen femineum.

Vrshvica, scorpio; scoria, recrementum. Summitur pro recremento nucis *areca*, vel ipso *gummi Lacca*, ex quo Indi conficiunt ceram sigillatoriam, *vulgò* dictam *Hispanicam*.

Bhaga, fama; celebritas; magnanimitas; potentia; diligentia; efficacia; splendor; libido, item pennis *muli*. Hinc dimanat *Bhagavàn* sanctus, celebris, potens; et per Antonomasiam *Budhamuni*, i. e. *Hermes* Mercurius; *Shiva* deus; et *Vishnu* Deus; qui omnes attributo *Bhagavàn* gloriantur. Hinc etiam procedit *Bhagavatì*, i.e. sancta, potens, et per *anton.* dea *Pàrvati*, uxor *Shivae*, quam Europaei inepte *Pagòdi* appellant. Praedicti vocabuli *bhaga* multiplicem significationem *Amarasinha* exprimit hoc versu: *Bhaga shrì càma mahàtmja vìrja jatnorka kìrtiszu*: quae divisa sonant, *Bhaga*, *shrì*, *càma*, *mahàtmja*, *vìrja*, *jatna*, *kìrti*; quae vide suis locis.

Dhermà: *punja jama njàja svabhàvàtschàra sòmapà*. i. e. *Dhermà* summitur pro sanctitate; justitia; naturali indole seu natura; pro more, reverentia; pro viro, qui bibit sacrum herbarum succum in sacrificio *Sòma jàga*.

Septingenta triginta tria vocabula affert in suo Dictionario *Amarasinha*, quae binam, ternam, aut quaternam significationem sibi affixam habent. Ne tempus, nec vires suppetunt, ut ea lucubratione nostra illustremus.

ADJECTIVA.

Omnia nomina adjectiva in nominativo numeri singularis in genere *neutro* comparent, quod quidem genus cum semper desinat in literam *m*, ut fere apud latinos, necesse est, ut haec

litera *m* à nomine resecta abjiciatur, dum aliquis masculino, vel feminino genere in nominibus adjectivis uti desiderat; v. g. *shàshvatam*, perpes, perpetuum, res perpetua, abjice literam *m*, erit *shàshvata* perpetuus, *shàshvata durggati* perpetuus infernus; *dìrecham* longum, *dìrccha jàtanà* longum tormentum. Adjectiva, participia praeteriti, et gerundia quamplurima ego supra in Dictionario descripsi, et semper in genere neutro collocavi dicendo: v. g. *sàndram*, res crassa, pinguis, oleosa; *sthàtavjam*, res erigenda, quae stare debet; *sthitam* res stans, res collocata. Haec ergo nomina omnia ex genere neutro in masculinum, vel femininum transibunt, si ex eis literam *m* finalem abjeceris; v. g. *sàndra varàha*, pinguis aper silvestris; *sthàtavja sthùna*, columna, quae stare debet, columna erigenda; *sthita purusza* persona stans, &c.

Adjectiva, Participia, et Gerundia.

Ablatus, a, m. vésztitam, valajtiam, sanvìtam.
Altus, a, m. utscham, pràmshu, unadam, udagram, utschitam.
Alter, a, m. *anjataram*, *anjam*, *itaram*. Haec in masculino desinunt in *a* breve; in feminino in *à* longum; in neutro in *m*. Vide supra *pag.* 24., et *pag.* 65.
Ammotus, sublatus, a, m. nuttam, nunam, astam, nisztjùtam, vidham, kshiptam, ìritam.
Absumptus, nempe esu consumptus, a, m. bhakshitam, tscharvatam, liptam.
Aequalis, e. *tulyam*. inaequalis, *atulyam*, *anupamam*.
Asper, vide *rigidus*.
Auctus, a, m. pravrdham, pràdham, èdhitam.
Comestibilis, e. ubadansham, bhakshanam.
Connexus, a, m. drdham, samjuctam, sanhatam, sanhitam, samgamam.
Conjunctus, a, m. juctam, sanjuctam, samjògitam, ubàhitam.
Consequibilis, e. pràpjam, gamjam, samasàdhjam.
Consecratus, a, m. arrschitam.
Curvus, inflexus, a, m. aràlam, pragìnam, gipmam, cuntschitam, natam, àvidham, cudilam, *bhughnam*, vallicam. Ger-

manis inflectere est *biegen*, *einbiegen*, unde inflexus, *gebogen*; et inflexio *bug*; quae non longè distant a samscrdamico *bhugana* inflexio, *bhugana* inflexus, curvus. *Bhugana dhanu*, arcus inflexus, curvus, Germanis *Bogen*, jaculandi instrumentum, arcus. Confer *annot.* p. 179., et p. 246. in grammatica.

Damno, corruptioni, perniciei proximus, a, m. vinàshòmuccham, pakvam.

Dexter, a, m. oppositum sinistro; *abavasjam*, *dakshinam*, id est, ad latus dexterum, ad dextram.

Dictus, a, m. uctam, bhàszitam, uditam, djalpitam.

Diversus, a, m. bhèdam, utschàvalam, nejcam.

Durus, a, m. carcasham, crùram, cadòram, cadinam.

Extensus, a, m. vistratam, vistrdam, tatam, stìrnam.

Fortis, e. id est, *firmus*, sthàsnu, sthirataram, sthèyam, sthàvaram.

Fortis, robustus, a, m. dheiram, subelam, vìryatamam, cadinam, cadòram, drdham.

Firmus, vide *fortis* supra.

Ferox, nisztùram, carcasham, crùram, ugramam, vikramam.

Hilaris, e. pramuditam, prìtam, hrsztam, muttam, trptam.

Indivisibilis, e, spasztam, asphùdam, pravjactam, akhandham, ulbanam.

Individuus, a, m. acchandham, asphùdam.

Invisibilis, e, atìndriàm, adershyam, apratjèksham.

Intellectu, mente perceptus, a, m. budham, budhitam, manitam, viditam, pratipanam, avasitam.

Inconstans, lòlam, tschalanam, tschantschalam, taralam, gencam.

Infirmus, debilis, e. abelam, asthirataram. Vide in *Dictionario*.

Immutabilis, e. sadàtanam, shàshvatam; *càlavjàpi*, *cùdasta* in solo genere masculino usurpantur.

Longus, a, m. dìrccham, àjatam.

Liberatus, a, m. redemptus, tràtam, tràtam, rekshitam, avitam, guptam.

Laudatus, a, m. shastam, prashastam, idhitam, vanàjitam, vanitam.

Malus, a, m. tanjam, duszcrtam. V. in *Dictionario*.

Mobilis, e. tschalanam, gengamamtscharam, gengam, lòlam,

tscharàtscharam, tschantschalam, cambanam, taralam.
Mansuetus, mrdu, sucumàram, mrdulam, shàntam.
Mitis, còmalam, mrdu, sàdhu, shàntam.
Modestus, a, m. dàntam, shàmitè, vinìtam.
Multus, a, m. prabhutam, behulam, pratschuram, pràdjam, behu, adabhram, puradjam, bhuja, bhuri, sphàram, bhujisztam.
Mundus, nitidus, a, m. pùtam, pavitram, shudham, mèdjam.
Nimius, a, m. atirictam, samadhicam.
Novus, a, m. navam, navìnam, pratjam, abhinavam, nutanam.
Numeratus, a, m. gannitam, sancchàtè.
Obliteratus, a, m.) quod e memoria excidit, antargatam, vismrtam.
Oblitus, a, m.)
Omnis, e. sarvam, samam, vishvam, samastam, nicchilam, ashèszam.
Occultus, absconditus, a, m. gudham, guptam.
Obtentus, a, m. pràptam, pranihitam.
Obtenibilis, impetrabilis. V. supra *consequibilis*.
Parvus, a, m. statura, vàmanam, njacr, nìtscha, gharva, hrsvam.
Parvus quantitate; modicus, exiguus; alpam, alpisztam, alpìjam, atjalpam, stòcam, kshulacam, shlacshnam, màtrà, sùkshmam, lavam, lèsham.
Paucus, a, m. idem.
Plenus, a, m. pùrnam, pùritam, sampùrnam.
Positus, collocatus, a, m. njastam, nisrstam.
Primus, a, m. quod antecedit, *quod incipit*, àdi, pùrvam, prathamam, àdyam, paurastjam.
Primus, i. e. *praecipuus*, pradhànam, pramuccham, pravècam, uttamam, mucchjam, agrìjam, parjam, parènjam, prabarha, paràdjam.
Pristinus, a, m. puràtnam, pùrvam.
Perpetuus, a, m. shàshvatam, nitjam, sadàtanam, dhruvam.
Profundus, imus, a, m. ànatam, namram, bandhuram.
Remotus, distans, davjam, davisztam, dùram, sudùram.
Rigidus, asper, a, m. cadòram, cadinam, carcaszam, drdham,
Sanctus, a, m. punjam, shudhamànam.
Sanctus, venerabilis, venerandus, a, m. artschjam, artschitam, artschiaszisztam, vanàjitam.

Sacer, consecratus, a, m. arhitè, artschitam, namassitam, abatschàbitam.
Scissus, fissus, fractus, a, m. tshinam, tschlatam, lùnam, krtam, tschinitam, vrknam.
Secretus, arcanus, a, m. gudham, guptam, rahasi, ràhassjam.
Sinister, laevus, a, m. vàmam, sharìrevasjam.
Solus, a, m. èga, ègaga, ècàgui.
Stabilis, e. sthàvaram, sthèyam, sthirataram, gengametaram.
Similis, e. samam, tuljam, sadersham, samanam, sadrksham.
Unicus, a, m. eca, egaga.
Ultimus, a, m. antam, tscharamam, antjam, pàshvimam, gekhanjam.
Varius, a, m. sankìrnam, sanculam, akirnam.
Verecundus, a, m. hrìnam, hrìtam, ledjitam.
Vicinus, a, m. nèdisztam, anticatamam, upam.
Venustus, pulcher, Vid. in *Dictionario*.
Visibilis, e, eindriacam, pratjeksham, drszjam.

VIRORUM QUALITATES.

Vir dives, puszta, samrdha, adhicardhi.
— Celebris, prasidha, pratìtè, prathita, khjàta, vitta, vidjnàta, vishruta.
Vir Princeps, adhiba, pati, svàmì, ìshvara, ìshita, adhibha, nàjaca, nèta.
— grata exhibens, ishtaprada, parada, samardhaca.
— liberalis, behùprada, vadànja, sthùlaleksha, dànashaundha.
— doctus, shàstravil, shàstradjna, antarvànani.
— modestus, vinìta, dànta, nibhrta, prashrita.
— gulosus, bhakshaca, khasmara, admara.
— imprudens, avivèghi, djànma, asamìkshjacàrì.
— laboriosus, carmakshama, alamcarmina.
— malus, durgena, vivarna, vàmara, nìtscha, pràtuta.
— felix, bhàggjavàn, sucrti, punjavàn, dhanja.
— Vilis, rèpa, niszcrszta, praticrszta, arvà, avama, adhama, cutsita, khèda.
— excellens, insignis, shrèszta, sattama, uttama, puszcala, atishòbhana.

— piger, et stupidus, adjnè, mùdhda, mùrrkva, bàlisha, jathadjàta.
— taciturnus, tusznimshìla, tusznica.
— loquax, vada, vadàvada, vacta.
— tardus, lentus, iners, dìrkasùtra, tschirakria.
— infirmus, imbecillis, paravasha, paratandra, paradhìna, paravàn.
— luxuriosus, cupidus, càmashìla, camità, càmukè, anuca, camra.
— dolosus, vafer, dhùrtta, akshadèvi, kitava.
— pauper,) nisva, dìna, durvidha, daridra, durggati.
— miser)
— misericors, dajàlu, crbàlu, carunica, sùrata.
— mutus, avàtschi, mùka.
— flagro verberandus, cashja, cashàrhè.

N. B. Haec omnia sunt masculini generis.

VERBA.

ഭവതി *bhavati*, existit, est.

വസതി *vasati*, degit, moratur.

രക്ഷതി *rakshati*, protegit, servat, liberat, providet.

നയതി *najati*, ducit, conducit, adducit.

പചതി *patschati*, coquit, digerit.

നന്ദതി *nandati*, laetatur, gaudet.

വ്യയതി *vjajati*, perit, deperditur.

നഹ്യതി *nahjati*, ligat, jungit.

തുദതി *tudati*, pungit, vexat, affligit.

ദിവ്യതി *divjati*, ludit; vincit; loquitur; corripit, reprehendit; laudat; it.

മുൻചതി *muntschati*, separat.

ചോരയതി *tschorajati*, furatur, surripit.

പാലയതി *pàlajati*, gubernat, regit.

അർച്ചയതി *artschajati*, colit, veneratur.

ലുനാതി *lùnàti*, scindit, findit, secat.

ഗച്ഛതി *gatschati*, pergit, it, ambulat, proficiscitur.

ശംസതി *shamsati*, laudat, celebrat.

ഭരതി *bharati*, portat, fert, bajulat.

വഹതി *vahati*, vehit.

സ്നാതി *snàti*, lavat, abluit.

അനുശാസ്തി *anushàsti*, castigat, emendat, imperat, corrigit, providet.

പ്രച്ഛതി *pratschati*, interrogat, quaerit.

ഹരതി *harati*, eripit, auffert, spoliat, destruit.

വദതി *vadati*, dicit, loquitur.

ഗ്നപതി *gepati*, orat, recitat preces.

ധ്യായതി *dhjànati*, considerat, meditatur.

തിഷ്ഠതി *tisztati*, colloeat, ponit; *pratisztati*, idem.

ധാവതി *dhàvati*, currit.

അനുവസതി *anuvasati*, accolit; proxime, prope habitat, cohabitat.

സ്പൃഹയതി *sprhàjati*, desiderat, concupiscit, inhiat.

ഉപവസതി *upavasati*, accolit, assidet, propè habitat, propè sedet.

സ്മരതി *smarati*, meminit, recordatur.

ഈർഷ്യതി *irszjati*, irascitur,

ദദാതി *dadàti*, dat.

അസൂയതി *asùjati*, detrahit, invidet.

ഹസതി *hasati*, ridet.

അത്തി *atti*, edit, comedit, manducat.

രുണദ്ധി *runnadhi*, impugnat, aggreditur, vi detinet, cogit.

യുനക്തി *junacti*, jungit.

സുനോതി *sunòti*, facit, exequitur certam caeremoniam.

ചിനോതി *tschinòti*, auget, accumulat.

തനോതി *tanòti*, facit, operatur; extendit.

കരോതി *caròti*, facit, creat, perficit, operatur.

ബ്രവീതി *bravìti*, loquitur, dicit.

സംസ്കരോതി *sanisscaròti*, ornat, adornat.

വിതനോതി *vitanòti*, perficit, facit.

ക്രിണാതി *crìnnàti*, emit.

ഗ്രഹ്ണാതി *grehnnàti*, accipit, capit, arripit, prehendit, recipit.

ദധാതി *dadhàti*, excipit.

ജുഹോതി *djùhòti*, vel *giùhòti*, dat et accipit: v. g. in permutatione *doni*, *pecuniae*, *tritici*.

ഏധതെ *èdhatè*, auget, accumulat.

പചതെ *patschatè*, coquit.

സൂയതെ *sùjatè*, parit.

വ്യയതെ *vjajatè*, deficit, perit.

മ്രിയതെ *mrijate*, moritur, obit.

മുന്ചതെ *muntschatè*, separat, rescindit.

ചൊരയതെ *tschorajatè*, furatur, surripit.

പാലയതെ *pàlajatè*, regit, gubernat, pascit.

ൎചിയതെ *artschajatè*, colit, veneratur, obsequium praestat.

ധ്വംസതെ *dhvansatè*, it, pergit.

നഹ്യതെ *nahjatè*, ligat, vincit.

ഇഹതെ *gihitè*, it, pergit.

വൃണീതെ *vrnnitè*, eligit, deligit.

ഗൃഹ്ണീതെ *grehnìte*, accipit, capit, apprehendit.

ഭുങ്ക്തെ *bhunctè*, vorat, edit, manducat; item gubernat.

യുങ്ക്തെ *juncte*, jungit.

ധത്തെ *dhate*, accipit, capit, prehendit.

രുണദ്ധെ *rundhe*, cogit, impugnat, vi detinet, aggreditur.

ശെതെ *shète*, jacet, cubat.

മനുതെ *manute*, existimat.

കുരുതെ *curute*, facit, fit.

ചിനുതെ *tschinute*, auget, accrescit.

ബ്രൂതെ *brute*, dicit, dicitur, loquitur.

അനുഭുയതെ *anubhujate*, habetur.

എധ്യതെ *èdhjate*, augetur.

പച്യതെ *patschjate*, coquitur.

നന്ദ്യതെ *nandjate*, exultatur.

വീയതെ *vìjate*, dissolvitur.

നഹ്യതെ *nahjate*, ligatur.

തുദ്യതെ *tudjate*, dolor infertur.

ദീവ്യതെ *dìvjate*, luditur.

മുച്യതെ *mutschjate*, separatur.

ചൊൎയ്യതെ *tschorjate*, surripitur.

പാല്യതെ *pàljate*, gubernatur.

അൎച്ച്യതെ *artschjate*, colitur, veneratio exhibetur.

അദ്യതെ *adjate*, comeditur.

ഭുജ്യതെ *bhudjate*, voratur.

രുദ്ധ്യതെ *rudhjate*, cogitur, impellitur, impugnatur, vexatur.

യുജ്യതെ *judjate*, jungitur.

നിശ്ചീയതെ *nitschìjate*, accummulatur, augetur.

തന്യതെ *tanjate*, vel *tàjate*, fit, extenditur.

ഉച്യതെ *utschjate*, dicitur.

ക്രിയതെ *crijate*, creatur, fit.

വിക്രീയതെ *vicrìjate*, emitur.

ഗൃഹ്യതെ *grehjate*, accipitur.

വിധീയതെ *vidhìjate*, prehenditur.

ഹൂയതെ *hùjate*, datur et accipitur.

പ്രദ്ധ്വംസ്യതെ *pradhvamsjate*, destruitur, perit.

പ്രസ്തുയതെ *prasùjate*, paritur.

മ്രിയതെ *mrijate*, mors obitur.

ഹായതെ *hàjate*, itur, pergitur.

പ്രിയതെ *vrijate*, eligitur.

അതിശയ്യതെ *atishajjate*, incubatur, incumbitur.

മന്യതെ *manjate*, existimatur.

അശ്യതെ *ashjate*, obtinetur.

ഹന്തി *hanti*, occidit, interficit.

എതി *èti*, it, pergit.

അസ്തി *asti*, est.

ഹന്യതെ *hanjate*, occiditur.

ഇയതെ *ijate*, itur.

അധീയതെ *adhìjate*, ignoratur, non intelligitur, mente non percipitur.

ബുഭുത്സതി *bubhuszati*, vult esse, amat esse.

പിപക്ഷതി *pipakshati*, vult; amat coquere.

പിപക്ഷതെ *pipakshate*, vult coqui.

ജുജുക്ഷതി *jujukshati*, vult jungere.

ജുജുക്ഷതെ *jujukshate*, vult jungi.

ബുഭുക്ഷതി *bubhukshati*, vult vorare.

ബുഭുക്ഷതെ *bubhukshate*, vult vorari.

വിവക്ഷതി *vivakshati*, vult dicere.

വിവക്ഷതെ *vivakshate*, vult dici.

ബൊഭുജതെ *bobhujate*, iterum est, multum est, in copia est.

വാവച്യതെ *vàvatschjate*, dicitur, redicitur, repetitur.

പാപച്യതെ *pàpatschjate*, iterum, iterumque coquitur.

ബൊഭുജ്യതെ *bobhudjate*, iterumque voratur.

ഭാവയതി *bhàvajati*, facit, jubet, ut sit, existat.

പാചയതി *pàtschajati*, jubet, ut coquat; facit ut coquat.

വാചയതി *vàtschajati*, jubet, facit ut dicat, ut loquatur.

താനയതി *tànajati*, facit, ut fiat; ut extendatur.

ധ്വംസയതി *dhvamsajati*, facit, ut eat, ut pergat.

പാലയതി *pàlajati*, facit, ut gubernet, jubet gubernare,

ആർച്യതി *artschajati*, facit, ut colat, ut veneretur.

യോജ്യതി *jodjajati*, facit, ut jungat.

മാനയതി *mànajati*, facit, ut existimet.

കാരയതി *càrajati*, facit fieri, jubet ut fiat,

ദേവയതി *devajati*, facit, ut

ludat, jubet ludere.

ജാനാതി *djànìte*, dignoscitur, cognoscitur.

ജഘാതയതി *djasajatì*, occidit, interficit.

നിപ്രഹന്തി *niprahantì*, occidit, sagitta interfecit.

പിഷ്ടേ *piszjatì*, conterit, obruit, opprimit, interficit. *Pipèsze* interfecit, contusit, oppressit.

രോചതേ *ròtschate*, placet, arridet, ejus gustu gaudet.

സ്വദതേ *svadate*, sapit, placet, sapore et gustu delectatur.

ശ്ലാഘതേ *shlàkate*, blanditur, adblanditur.
Nihnute, diffidit.

ശപതേ *shapate*, imprecatur, maledicit, excommunicat.

ക്രുദ്ധ്യതി *crudhjati*, irascitur, furit.
Druhjati, nocet, offendit.

ദോഗ്ധി *dogti*, mulget.

യാചതേ *jàtschate*, rogat, petit, supplicat, postulat.

ഭിക്ഷതേ *bhìkshate*, elemosynam petit, mendicat.

അനുശാസ്തി *anushàsti*, imperat, castigat, corripit, praecipit, docet.

അപചിനോതി *apatschinòti*, spoliat, privat, rescindit, detrahit.

ഗമയതി *gamajatì*, facit ire, mittit, jubet, cogit ire.

അവഗമയതി *avagamajatì*, instruit, potentem, idoneum reddit, habilitat, facit ut obtineat, ut proficiat.

സ്വാപയതി *svàpajatì*, jubet dormire, facit dormire.

സ്വപിതി *svapiti*, dormit.

സ്ഥാപയതി *sthàpajatì*, sistit, collocat, ponit, stare facit.

അധിശേതേ, insidet, incubat, super incumbit, jacet supra.

അധ്യാസ്തേ *adhjàste*, insidet, sedet, insistit.

ഹരതി, harati, eripit, abripit, auffert.

ഹാരയതി *hàrajatì*, est effectivum verbi *harati*.

ഛിദ്യതേ *tschidjate*, scinditur,

spoliatur, rescinditur.

പർധതേ *vardhate*, accrescit, accumulatur, increscit, augetur.

യാതി *jàti*, pergit, it, ambulat.

അവതരതി *avatarati*, descendit.

ധരതി *dharati*, accipit, capit, prehendit, auffert.

വിരമതി *viramati*, abhorret, desistit, discedit, removet se v. g. a mendacio.

ബിഭേതി *bibhèti*, timet.

ത്രായതേ *tràjate*, liberat, protegit, defendit, servat.

ക്രീഡതി *crìdhati*, ludit, jocatur.

ആഗച്ഛതി *àgatschati*, advenit, venit, accedit.

ചരതി *tscharati*, circumit, circumvolat, circulat.

ഭജതേ *bhadjate*, colit, sequitur, obsequitur.

ജായതേ *djàjate*, nascitur, oritur.

പ്രഭവതി *prabhavati*, germinat, oritur, crescit, nascitur.

ദയതേ *dajate*, compatitur, miseretur, miserescit.

ഘാതയതി *ghàtajati*, occidit, interficit.

ഭോജയതി *bhodjajati*, nutrit, alit, facit comedere.

ശുശ്രുവേ *shushruve*, servit, famulatur, obsequitur.

പശ്യതി *pashjati*, videt, cernit.

ദർശതി *darshati*, aspicit, conspicit, videt.

ശൃണോതി *shrunòti*, audit.

പൂജയതി *pùdjati*, honorat; sacrificat; veneratur, colit.

ആരഭതേ *àrabhate*, incipit, inchoat.

ലാലയതി *làlajati*, honorat, blanditur, assentatur.

പ്രതീധതി *prapìdhati*, dolet, tristatur.

ശാസതി *shàsati*, castigat, corripit.

Dhrijate, accipitur, prehenditur, capitur, suscipitur.

ഭാഷതി *bhaszati*, loquitur, dicit, inquit.

ರೋದತಿ *ròdati*, flet; ರುರೋದ *ruròda*, flevit.

ಸ್ಪರ್ಶತಿ *spershati*, tangit, palpat; ಪಸ್ಪರ್ಶ *paspersha*, tetigit, palpavit.

ಪ್ರದರ್ಶಯತಿ *pradershjati*, monstrat.

ಬೋಧತಿ *bòdhati*, intelligit, percipit.

Terminationes verborum in tertia persona numeri singularis, a qua reliquae ducuntur, et quae Brahmanibus *prima* dicitur, indicant qualitatem *verbi*, et *conjugationem*, per quam inflecti debet: v. g. terminatio verbi *activi* in praedicta persona et numero in prima conjugatione desinit in *ati*, ut *bhavati*; ergo verbum *vasati*, *habitat*, est verbum *activum*, et inflecti debet per primam *activorum* conjugationem, quae est *bhavati*. E contra verba *communia* et *deponentia* exeunt in prima sua conjugatione in *ate*; ergo verbum *patschate*, *coquit*, est commune, et inflecti debet per primam conjugationem *communium* et *deponentium*, quae est *èdhate*. Iterum, terminatio verbi *passivi* est *jate*; ergo verbum *crìjate*, *fit*, est *passivum*, et consequenter inflecti debet per *passiva*.

Terminatio *activorum* in *prima* Brahmanica persona, nobis *tertia*, in prima conjugatione est in —— *ati*.
Secundae conjugationis in —— *atti*, *adhi*, *eti*.
Tertiae conjugationis activorum in — *nòti*, *ròti*, *vìti*.
Quartae conjugationis activorum in —— *àti*.
Quintae conjugationis activorum in —— *àti*, *òti*.

Deponentium et Communium

Primae conjugationis in —— ate, jate.
Secundae conjugationis in —— ìte.
Tertiae conjugationis in —— cte, tte, te, dhe.
Quartae conjugationis in —— ute.

Passivorum

Unius et solius conjugationis in —— *jate*.

Anomala terminationis activae

Conjugationis primae in —— *nti*.
Conjugationis secundae in —— *ti*.
Conjugationis tertiae in —— *sti*.

Anomala terminationis passivae exeunt in —— *ate*, *ite*:
Volitiva exeunt in —— *szati*, *kshati*, *sati*, *tsati*.
Verba *copiae* et *quantitatis* exeunt in —— *jate*.
Verba effectiva exeunt in —— *jati*.
Confer verborum conjugationes in hac grammatica a *pag.* 74., usque ad *pag.* 125.

ORATIO DOMINICA.

1. 2.

പരമണ്ഡലെ സ്ഥിതഃ അസ്മ പിതഃ

Paramandhale, sthitah, asmà, pitah
In caelo, *stans* (existens) *noster*, *Pater*

3. 4.

തവ നാമധെയം അർഛിതം ഭവതു

Tava nàmadhejam, artschitam, bhavatu
Tuum *nomen*, *sanctificatum* *sit*

5.

തവ രാജ്യം അഗച്ഛതു

tava ràdjam agatschatu
Tuum *regnum* *adveniat*

6. 7.

തവ തിതം അർഥലൊകെ യഥാ ക്രിയതെ

Tava tschittam arthalòke jathà crijate
Tua *voluntas* *in caelo* *sicut* *fit*

8. 9.

തഥാപി ഭൂലൊകെ ക്രിയതാം

tatàpi bhulòke crijatàm
ita etiam *in Terra* *fiat*

10.

അനുദിനം അസ്മതു ഭൊജ്യം അസ്മാകം അദ്യ ദെഹി

anudinam asmatu bhòdjanam asmàcam adja dèhi
quotidianum *nostrum* *cibum* *nobis* *hodie* *da*

11. 12.

asma	dattamìrunam	vajam	jathà	kshaminàha
nostri	*dati debitum*	*nos*	*sicut*	*dimitimus*

13. 14.

asmatudhàrampi	tatha	tava	kshantavjam
nostra etiam *debita*	*ita*	*a Te*	*dimitenda*

15.

asmàn	shòdhanàja	avèsham	mà	khatasva
nos	*in tentationem*	*ingredi*	*nè*	*facita*

16.

tathatschèto	durggatal	asmàn	raksha
sed	*ab iniquitate*	*nos*	*libera*

crìjatàm

fiat.

1 *Paramandhalè*, in caelo; est casus septimus Brahmanicus.

2 *Asmà*, noster; est contractio pronominis *asmàcam* in 6to casu, quod significat *nobis*, *nostrum*, *nostrorum*, item *noster*. Rectè substitui potest ന *na*, quod idem denotat.

3 *Artschitam*, res cultu, honore, sacra veneratione insignis. Substitui potest *pùdjam* venerandum, *namantam* adorandum, *pranamantam* valde adorandum.

4 *Bhavatu*, sit; est Imperativus verbi *bhavati*.

5 *Agatschatu*, adveniat; est Imperativus verbi *gatschati* seu *agatschati* advenit.

6 *Antham*, materia, gloria caelestis, negotium, excellentia in lingua *Samscrta*; ac proinde *arthalògam* est caelum seu *mundus gloriae caelestis*.

7 *Crijate*, fit; est passivum verbi *caròti*, facit.
8 *Bhu*, terra, *lògam* mundus, *bhulòke* in mundo terrestri:
9 *Crijatàm*, fiat; est Imperativus verbi *crijate*.
10 *Dèhi*, da; est Imperativus verbi *dadati* dat; potest substitui *dattal*, et melius absolute in 2da persona *dattam* da, des; nam *dèhi* est in tertia persona, et propriè sonat *det*; quod Indi honoris causa apponunt.
11 *Runam*, vel *udhàram* debitum, *dattam* res data; unde *dattamirunam* dati debitum.
13 *Udhàram*, debitum, idem quod *runam*.
14 *Kshantavjam*, res diinitenda, remitenda, toleranda. Est Gerundium in *dum* apud Latinos, ut *mama*, vel *mè cartavjam*, mihi faciendum, res mihi peragenda. In sermone Samscrdamico eleganter construitur.
15 *Avèsham*, ingressus, introitus in accusativo; *shòdhanàja tavèsham* ingressum in tentationem, *asmàn* nos, *mà* vel *na khatasva* ne facito. *Avèshati* ingreditur, intrat, *àvèshajati* inducit, ingredi facit, *avèshjasva* ne inducas; sed eum simplici nomine *avèsham* elegantius construitur. *Na pravèshja* non ingrediendum; quod in oratione Dominica sermone *Devanagarico* et *Samscrutamico* a Benjamino *Schultzio* anno 1748. typis edita, legitur, S. Scripturae sensum non exprimit, quin immo eidem obest: nam latine redditum sonat, *nos in tentationem non ingrediendum*, asmanu shodhanàjam na pravesia. Vide *pag.* 83. in libro inscripto: *Orientalisch und Occidentalisher Sprachmeister*, Leipzig 1748. Similibus erroribus etiam aliae ejus versiones ibi adductae scatent.
16 *Durggatal* a peccato, ab iniquitate, a mala via. Praeplacet haec versio illis, quae in Schultzio reperiuntur, *ashubha* enim quod in nonnullis versionibus legitur, est privatio boni, *shubham* bonum, felicitas, *ashubham* non bonum, infelicitas; quod non satis orationis sensum explicat. *Durggati* infernus, miseria, pariter parum idoneum esse videtur: nam antecedenter de *tentantione* est quaestio, quae non infelicitatis, miseriae, vel inferni malum apprehendit, sed malum peccati, quod etiam ex Indorum sententia in-

felicitatis, miseriae, et inferni principium et causa est.

17 *Raksha*, libera, praeserva, imperativus est verbi *rakshati* liberat, servat, protegit. *Ràkshatu* liberet, *raksha*, vel *rakshatàl* libera, praeserva.

നിത്യ സ്ഥാവരദൎശ്യ സകലകാല രാജ്ഞെക സ്വ
ൎഗ്ഗശ്വരായ മാന്യഞ്ച പ്രണവഞ്ച നിരന്തരം ഭവതു

Regi saeculorum immortali, invisibili, soli Deo honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. I. *Thim.* cap. 1. v. 17.

Nitja sthàvaradershja sacala càla Ràdjnèca Sarvèshvaràja mànjantscha pranavantscha nirantaram bhavatu.

മമ വെദം സ്മര മമ സുത മമ നിയൊഗം തവ മാന
സെ സംഗ്രഹാണ മമ പുത്ര

Mama vèdam smara mama suta, mama nijògam tava mànase sangrahàna mama putra.

Fili mi, ne obliviscaris legis meae, et praecepta mea cor tuum custodiat fili mi. *Prov.* c. 3. v. 1.

ഇത്തെതു സുഖിതെ സൎവ്വം ഭവെത്സുഖ മയം ജഗൽ
ഉപാനൽ ഗൂഢ പാദസ്യ നനു ചൎമ്മാസ്ത്രതൈവ ഭൂഃ

Tschittetu sukhite sarvam bhavelt su khamajam djeguel upànal gùdha pàdasja nanu tschermàstrteivam bhu.

Tschite in animo; *tu* est litera seu syllaba completoria; *sukhite* in homine de se ipso contento, seu secum ipso contento; *sarvam* totus, nempe *djeguel* Mundus; *bhavel sukha majam* existit coloris quieti, placidi, tranquilli; id est, totus Mundus apparet placidus et gaudens; *sukhamajam*, res habens colorem seu apparentiam quietis et voluptatis.

Upanal calceis, *gudha* homini calceato; *pàdasja* gradienti, ambulanti, *nanu* certe, *tscharmà* pelle; *strta èvam* cooperta ita, *bhu* terra, solum. Id est: sicut homini calceos gerenti et ambulanti terra videtur esse pelle contecta.

Sensus itaque totius hujus *shlòga*, seu sententiae gymnosophisticae, est: *Quemadmodum homini calceos induto gradienti*

terra, *quam terit*, *pelle contecta* (mollis et blanda) *esse videtur*: *ita homini secum ipso pacem et bonam conscientiam habenti totus Mundus apparet placidus*, *et bonus*.

Tschittè est noster ablativus *quietis*, et casus septimus Brahmanicus; *sukita* homo animo quietus, animi quiete gaudens, *sukhite* in tali homine secum ipso contento; *sarvam djeguel* totus Mundus; *bhavel*, Imperativi II. persona tertia ex verbo *bhavati*, *est*, *existit*. Complectitur hic Imperativus *causam*, *benedictionem*, *augurium*; quare *bhavel sit*, heic indicat potius bonum augurium et non imperium; augurium nempe quod totus Mundus placidus, et hilaris sit, quemadmodum ille vir, qui animi quiete gaudet; *pàdasja* est dativus nominis *pàdam* pes, qui heic pro homine gradiente ponitur, nempe pars pro toto. *Tscharma* pelle, ultimum *a* coalescit cum sequenti initiali litera *a* in *astrta*, et ex duabus brevibus fit una longa, nempe *tschermàstrta*. *Tscherma* seu *tscherman* declinatur per neutra desinentia in *n*. *Upànal* calceus seu *upànad* in casu recto, declina ut *anadhvan* taurus; *èvam* ita, simili modo, quod ob concursum vocalis *a* finalis in *astrta*, et *è* vocalis initialis in *èvam*, mutatur in *ei*, unde fit *eivam*, *astrteivam*, *bhu* terra.

ചെല്ലു *tschèlu*, ivit, perexit.

ദദൎശ *dadarsha*, vidit.

വിവെശഃ *vivèsha*, intravit.

ജാന്തി *jànti*, pergunt.

ആജാതി *àjàti*, venit.

പ്രാദുൎഅഭൂൽ *pràdurabhul*, exivit, apparuit, manifestavit se.

പ്രജയൌ *prajajau*, discessit.

അപദൽ *apadal*, locutus est.

പ്രദീജതാം *pradijatàm*, detur, donetur.

അശാപി *ashàpi*, maledictus fuit, excommunicatus est.

ശപ്തം *shaptam*, res maledicta.

ന അഗമൽ *na agamal*, non obtinuit, non aquisivit.

ഇദം ക്രതെ *idam crtè*, hoc dum fieret.

അവസൽ *avasal*, habitavit.

കാൎയ്യം വീക്ഷ്യ ഉൗചെ

càrjam vìkshja ùtscheî, negotio, re cognita dixit.

തവ സത്യ ഗി *tava satja guì*, tuum verum verbum.

ജനയന്തെ *genajante*, generant, faciunt.

അത്യാജി *atjàgi*, derelictus, abjectus.

പരിപീഡ്യ *paripìdhja*, postquam doluisset, tristatus fuisset.

വരാ മൃശൽ *varà mrshal*, tetigit, attigit.

പ്രതിപാദ്യ *psadipàdja*, restituto, dato, donato.

സസൎജ്ജ *sasardja*, usus est, utebatur.

തൽ തവ അദഃ ന യൊഗ്യം *tal tava ada na jògjam*, ideo tibi hoc non convenit, non est te dignum.

നരകം അചിരാൽ നെയഃ *naracam atschiral nèja* inferno dignus, damnandus.

ഉദാഹാരി *udàhàri* dictum est (ab illo).

ആഹത്യ *àhatja*, occiso illo.

ധ്രിയതാം *dhrijatam*, accipe, recipe.

വചനം ആകൎണ്യ *vatschanam acarnja*, verbis auditis.

മത്വാ *matvà*, perpensis, expensis, censideratis.

പ്രവക്ഷ്യാമി *pravakshjàmî*, eloquar, dicam.

ഖ്യാത രാമം സമെത്യ ഉവാച *khjàta Ràmam samètja uvàtscha*, cum celebri *Ràma* occursu facto dixit; i. e. postquam *Ràmam* cursu suo, passibus suis assecutus fuisset, dixit.

ഉച്യന്താം *utschjantàm*, dicantur.

സഃ തു സ്വയം മന്ത്രം അദിശൽ *sa tu svajam mantram adishal*, ille ipse, ipsemet orationem docuit.

ദെവം ഭജെത *Dèvam bhadjèta*, Deum colat, adoret, veneretur.

ഭജ *bhadja*, adora, cole, venerare.

അത യാത തസ്ഥൗ *ata jàta tasthau*, inde discedens stetit.

അമുചൽ *amutschal*, sparsit, fudit, v. g. lucem, splendo-

rem, aquam, sudorem ex se.

ദദർശ *dadarsè*, visus est.

ഇഹയുധിരംഗേ രഥം ന

ത്രൈ ഹത്വാ തൃപ്തിം

യാസ്യാമി *iha* heic, *judha-rangue* in pugnae solo, in campo pugnae, *tvàm* te, *astrei* sagittis, *hatva* interfecto, *trptim* satietatem, *jàsjàmi* assequar; nempe vindictae satietatem te interfecto consequar. In *Judhishtiravigea*.

ന പ്രസേദു non resplenduerunt, *na prasèdu*.

തം കൃഷ്ണാ അഭിനത് *tam musztjà abhinat*, ipsum manu sua trajecit, interfecit.

കൃഷ്ണ ചരിതം കലി കൽമഷ

ഘ്നം *krshna tscharitam calì canmaszakhnam*, krshnae dei gesta, vita (lectio gestorum) perturbationis, infirmitatis et peccati destructio. In libro *Bhagavata* stropha 14.

തുഷ്ടാവ *tusztàva*, laudavit.

മുദിതമനാഃ മേ ദേഹി *mudita manah mè dèhi*, hilari corde, voluntate, mihi det.

നാഥ തേ നമഃ *nàtha tè namá*, Domine tibi adoratio.

അദ്യ ന പ്രസ്ഥിതം *adja na vandhja*, nunc non inutile, non incongruum.

ത്വയി പ്രസന്ന അസ്മി *tvajì prasana asmi*, in te hilaris ego sum.

സ്ഥിര നിശ്ചിത ഭവ സർവ്വ

ശോകം ത്യജ്യ *sthìra tschitatà bhava, sarva shòcam tjadja*, firma voluntate, animo forti esto, omnem tristitiam abjice, relinque.

അജി മമ ബാല ന ദിവ്യ *ajì mama bàla na dìvja*, heus tu, o mi puer ne lude.

അത കിം ഇതി ജശ രക്ഷ്യം *ada kim itì jasha rakshjam*, hoc ideo, quia hoc modo, quia sic fama liberanda, salvanda est.

യതസ്വ *jatasva*, diligentiam adhibe, conatum exere. Construitur cum dativo *cui rei*.

Plures construendi formas, et exempla *granthamicis* literis descripta vide in mea *grammatica Samscrdamica* Romae typis edita 1790. a pag. 160., usque ad pag. 167.

ത്രയ്യാ ബൊധിതഃ പരമഃ പുമാൻ ത്വമസി നനു

Trajà, bòdhita, parama, pumàn, tvamasi, nanu.

Tres (leges), intelligens, excellens, vir, tu es, certe.

vel. Tres leges intelligens excellens vir tu numquid es? In *Judhisztiravidjea*.

വധൂഷു അച്ചിതാ ദെവമാതാ മമ രക്ഷാസ്തു

Vadhùzu, artschità, dèva màta, mama, rakshàstu.

In mulieribus, maxime culta, Dei Mater, mea, protectio sit.

Vadhùszu casus septimus in plurali, proveniens a *vadhu*, mulier, in nominativo num. singularis. *Artschità* culta, honorata, venerata, est particip. verbi *artschatî*, colit, veneratur. *Mama* meus, vel mihi. *Rakshà* conservatio, protectio. *Astu* sit, ab *asti* est. Quia vero concurrunt ultimum *a* in *rakshà*, et primum *a* in *astu*, ideo eliduntur duo *a* in unum *a* longum, et fit quasi una dictio *rakschàstu*.

Judhisztira *sect.* IV. *versu* 85.

ഉമാ പതിതഃ പ്രാപ്തവരം അമും നിനീഷുഃ സുരെന്ദ്ര

യന്താ ഞ്ചപതിതഃ

സനാകാശം സഃ സഃ പാണ്ഡവഃ തെന സഹ ഞ്ചകാശം

പ്രതിവെദെ

Umà patita pràptavaram amum ninìszu surèndra yantà àpatita

Sanàcàsham sà sà *Pàndhava* tèna saha àgàsham prativède.

Umà patita, a Deae *Pàrvadi* marito: *pràptavaram*, obtento favore (conspicuus): *amum* istum (nempe Deum *Shiva* Pàrvadi deae maritum), *niniszu* ut veheret: *Surèndra yantà*, Solis auriga: *àpatita* potestatem obtinuit: *Sanàcàshamsa*, coeli cupidus: *Sa Pàndhava*, ille *Pàndhava* (rex): *tènasaha*, cum ipso ipso cum: *àgàsham* coelum, *prativèdè* obtinuit (Pàndhava). *Pràdivèdè* est Praeterit. perfectum II., ലിൻ *lil* nempe verbi *Padlu gatau*, intentum assequi, obtinere.

Loquitur versus de assumptione in coelum regis *Pandhu* in societate cum solis auriga.

Versu 88. *Gèhè àsìnam pitaram snèhàl nanàma.*
Gèhè in domo, *àsìnam* sedentem, *pitaram* patrem, *snèhàl* ex amore, prae amore, *nanàma* adoravit; nempe *Argiuna* celebris dux. *Nanàma*, adoravit, *lil*, seu Praet. perf. II. ex verbo *namati*, adorat.

Dèvàbhya àdya tava darshanèna samasta durita kshayam pradjan.

Dèvàbhya àdya inter deos (in diis) primus: *tava darshanèna*, tuo aspectu, tuis oculis: *Samasta durita kshayam*, omnium peccatorum (malorum) exstinctionem, destructionem: *pradjan* faciens, gignens.

മനഃ ദെവെ ദമയൻ ജഗതാം നാഥം വെദ മയം
വവന്ദെ

Mana dèvè damayan, gegatàm nàtham, vèdamayam vavandè.

Mana dèvè damayan, voluntarem in Deo firmans, Deo subjiciens, mundi dominum (*gegatàm nàtham*), legis formam adoravit (*vèdamayam vavandè*).

Mama guru màm mà tàdhayà. Mi magister me ne verbera.

Dèvam smara, àgàmi gòtschara syà. Deum recogita, Dei memento, futura, ventura prospiciens sis.

Tatra, tamasi, yugaval, yuyudhàte. Tatra, tam, kìtschacam, pramamàtha; Ragghu nàtha, dashànanam, yatha.

Ibi, in tenebris, semel, pugnarunt. Ibi, illum, *Kìtschacam*, occidit; *Ragghu* dominus (*Ràma* ex stirpe *Ragghu*), decem vultuum gigantem *Ràvanam*, sicut. In *Judhisztira*.

Anavadhàya, àtmavadhàya, nishi, ghèham, àpa.

Incautus, animae neci, noctu, domum, ingressus est, vel domum obtinuit.

Hè Harè, Harè, satatam, namòstu, tè.

O Hari (Vishnu), semper, adoratio sit, tibi.

Oratio est gentilica.

Hum, Gannapatàya, namà.

Hum, coetuum domino (nempe deo *Gannesha*), adoratio. Particula *Om*, vel *Hum* eminenter deum *Brahma*, *Vishnu* et *Shiva* indicat, et hi tres dii per eam in compendio exprimuntur; quod

patet ex ejus etymologia in sect. *avyè nànàrtha vargga* in ultimo versu allata. Haec est ratio, quod ea omnibus scripturis praeponatur.

സഃ ധൂൎത്തഃ നരകേ ശേതേ. Sa dhùrtta narakè shète.

Ille deceptor in inferno jacet.

ദ്വാദശ സമാ വ്യതീത്യ നാകേശാനാം വസിതിം സഃ പ്രാപൽ.

Dvàdasha samà, duodecim annis; *vyatìtya* finitis, *nàghèshànàm vasatim* coelicolarum habitaculum, *sa pràval*, ille adeptus est, obtinuit.

ശാസിതും *shàsitum*, ad castigandum, castigatum.

ലാളയന്തി *làlayanti*, blandiuntur, honorant.

ദേഹി *dèhi*, det, donet.

ന ഞ്ഞാരഭസെ *na àrabhasè*, non incipit.

ഖടസ്വ, *khadasva*, fac.

ഹനിഷ്യന്തി *haniszyanti*, occidunt.

ഞ്ഞഹതഃ *àhata*, verberatus.

ലബ്ധാ *labdhvà*, obtento, aquisito.

വ്യതീത്യ *vyatìtya*, finito, finitis.

ഞ്ഞപ *àpa*, obtinuit.

ത്വയാ കാ സിദ്ധിധ്രിയതേ *Tvayà ka sidhi dhriyatè*, a te quae fama suscipitur?

രാജ്ഞനയം ന ദധതി *ràdja nayam na dadhati*, regiam justitiam non recipit.

ത്വം യുദ്ധ്യസ്വ *tvam yudhyasva*, tu bellas, pugnas.

ഞയം തേ മോഹം *ayam tè mòham*, hoc tibi desiderium.

ത്വയി പ്രസന്നഃ ഞസ്മി *tvay prasana asmi*, in te hilaris ego sum.

സ്മാൎയ്യം *smàryam*, memoranda, recogitanda.

പ്രഗ്രഹ്യ *pragrahya*, accepto, percepto.

കാൎയ്യം ഞവശം *kàryam avasham*, faciendi impotentia.

ക്രിയതാം *kriyatàm*, fiat.

സ്ഥിരഃ ഭവ *sthira bhava*, fortis esto.

തനുമഹെ *tanumahè*, facimus, operamur.

പശ്യാമി യദി *pashyàmi yadi*, video si.

പ്രതിഹത *pratihata*, fractus, disruptus.

രെജ്ജു *rèdjè*, splenduit, luxit.

വധ്യഃ *vadhya*, occidendus.

വിവ്യാധ *vivyàdha*, verberavit.

അഭക്ഷയൽ *abhakshayal*, comedit.

അപതൽ *apatal*, cecidit.

അഗ്രസി *agràsi*, devoratus est.

ന്യപതൽ *nyapatal*, cecidit.

ഗ്രഹാണ *grahàna*, accipe, prehende.

തൽ കർമ്മ ജഗാദ *tal karma djagàda*, illam actionem narravit.

വിചാര്യ *vitschàrya*, consideratis rebus.

രുരോദ *ruròda*, flevit.

പശ്യത *pashyata*, videte.

അന്ത, തമ, അത്യദ്ഭുത *anta*, *tama*, *atyadjal*, mentis tenebras sustulit.

താൻ ന വിവിദു *tàn na vividu*, illum non noverunt.

പസ്പർശ *pasparsha*, tetigit, palpavit.

ആസ്ത *àsta*, stetit.

ത്വാം ഹൃദി സ്മരതി *tvàm hrdi smaradi*, te in corde recogitat, tui recordatur.

ന വിവേദ *na vivèda*, non scivit, nescivit.

ആഗതി പ്രതീക്ഷാമഹെ *àgati pratìkshàmahè*, adventus expectatus est.

തമസാം അസ്തമയായ തേ സദാ നമഃ *tamasàm astamayàya tè sadà namà*. Ignorantiarum, ignorantiae tenebrarum destructori tibi semper adoratio.

ഉത്ഥിത സുപ്ത അഭവൽ *uthita* stans, *supta* dormiens, *abhaval* exstitit, i. e., stans dormivit.

ദൃഷ്ടും *drszdtum*, ad videndum, visum.

വിബഭൗ *vibabhau*, luxit, resplenduit.

ന പ്രസാരി *na pràsàri*, non circuibant.

ച്യുകൊപ *tschucòba*, iratus est.

രുധിരം സംപ്രാശ്യ ആനന്ദി *rudhiram sampràshya anandi*, sanguine potato exultavit.

സഃ ആവെശം ഖെ ചക്രു *sa àvèsham khè tschakru*, ille introitum, aditum in coelo fecit.

Litterae completoriae aliquibus nominibus affixae ad complendum carmen, aut syllabam, sunt haec തു *tu*, ഹി *hi*, ച *tscha*, സ്മ *sma*, ഹ *h*, വൈ *vey*.

NUMERALIA

unum, duo, 3 4 5 6
Ecam, dvayam, trayam, tschatvàr, pantschamam, szasztam,
7 8 9 10 11 12
saptamam, asztamam, navamam, dashamam, ècadasham, dvà-
13 14 15 16
dasham, trèyodasham, tschaturdasham, pantschadasham, szòdha-
17 18 19 20
sham, saptadasham, asztadasham, ècònavimshal, vimshati,
30 40 50 60 70 80
trimshati, tschatvàrimshal, pantschàshal, szaszti, saptati, asztà-
90 100 1000
shiri, navati, shatam, sahasram. = Prathamà *primus*, dvitià *secundus*, tritìa *tertius*, tschaturthi *quartus*, pantschamì *quintus*, szaszti *sextus*, saptamì *septimus*, asztamì *octavus*, navamì *nonus*, dashamì *decimus*, ècàdashi *undecimus*, dvàdashi *duodecimus*, trèyòdashi *decimustertius* &c. v. g. ècanàsa *unus nasus*, pantscha radana 5. *dentes*, dashama purusza *decimus vir*, saptamà strì *septima femina* &c.

സൎവ്വേശ സ്തോത്രായ

ഇത്രസംയമം ദൎശ്ശു ഫങ്കഗുസാധനവണ്ണനാഃ

COROLLARIUM.

I. SCribunt Orientales Indi in *òlis* seu palmarum foliis, quae Samscrdamicè പത്ര *patra* vel ലേഖ്യം *alèkhjam* nuncupantur. *òlae* seu folia ex palma പന *panà* vel കരിമ്പന *carimpanà* dicta desummuntur, cultello attemperantur, perpoliuntur, et in medio finduntur; nam semper bina folia in uno caudice coalescunt, ita ut findi debeant, si ea complicare, atque litterarum apices iis iniicere velis. Fissa quatuor dorsa exhibent, quae graphio seu stylo ferreo aut chalybeo exarantur, remanente in medio exiguo spacio, quod parvo foramini locum dat, ut per illud funiculus traiici, et folia invicem adstricta et ligata continere valeat. Haec folia palmae, *Carimpana* dictae, compactae et consistentis texturae sunt, atque nervorum vi aliis quibuscumque palmarum foliis praestant. Dum scriptura per plura secula conservari, et *òla* inter patria aut domestica monumenta collocari debet, *òla* stagnanti et pingui aquae per mensem immergitur, ex qua extracta lento fumo exponitur, ut indurescat. Vidi *òlas*, quae ccc. annos numerabant. Haec scribendi ratio, et monumenta asservandi modus perantiquus est apud Indos, meminit illius Q. Curtius de rebus Alexandri M. in India gestis scribens, qui lib. 8., cap. 17. de Indis ait: *Terra lini* (rectius bambacis) *ferax: inde plerisque sunt vestes. Libri arborum teneri, haud secus quam Cerae litterarum notas capiunt.* Et Plinius lib. 13., c. 11. *Palmarum foliis*, inquit, (non malvarum, ut dementer legunt aliqui) *primo scriptitatum: deinde quarumdam arborum libris: postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis confici caepta, aut ceris.* His Plinii verbis fere tota Indica *bibliographia* absolvitur, quod statim lucidius patebit.

II. Altera scripturas asservandi ratio erat usus sindonum bambacinarum, quarum meminit *Nearchus*, Alexandri M. in India navium Praefectus, qui de Indis disserens apud *Strab.*

lib. 15. ait : *Indos epistolas in sindonibus scribere perelegantes , cum alii negent ullis eos uti litteris* . Hoc negavit *Megasthenes* , Seleuci Nicatoris ad Indicum regem *Sandracottum* (i. e. *Tschandracòtta*) Legatus . Sed hic regem in castris convenit , ubi Indici milites non scripto , sed viva voce et memoriter omnia administrabant , templa autem Indica , in quibus Gentis monumenta asservantur , non adivit . Sane exquisitorum Indiae colorum jam meminit Job Patriarcha ; neque video cur Indi non scriberent , qui jam tunc eleganter pingebant . Major semper fuit necessitas animi sui sensa absentibus prodendi et annunciaudi , quam sive se , sive alios picta tabula aut linteo ostendendi . *Parthi* , Indis proximi , teste Plinio *hist. nat.* lib. 13. , cap. 11. *Vestibus litteras intexebant* ; et numquid heic barbatulus quispiam censor assurget , qui Indos litteras colore et penicillo exprimere novisse neget ?

III. Sindonibus successere vela serica ; et tale est diploma *Bza-ha-rar-bhoba* M. Tibetani Lamae , quod ille PP. Cappuccinis in Tibeto verbi Dei praeconibus anno Christi 1724. tradiderat , et quod ego anno 1797. in bibliotheca S. Congr. de Propaganda Fide meis oculis conspexeram . Tale etiam est diploma *Sinico-Tataricum* , quod anno 1798. in bibliotheca Caesarea Vindobonensi , annuente praeclaro viro Michaele Denis , bibliothecae Praefecto , vidi .

Huc pertinet linteum Sacrum Tibetanum Musei Borgiani *literis Tibetanis* insigne , quod cyclum humanarum transmigrationum , et cruciatus ac poenas peccatorum exhibet , et quod nos produximus in *Systemate Brahmanico* ad pag. 177. tab. xxiii , a Pictore Tibetano *Jon-de-la-hu-ri* ex archetypo sacro in *Lhapranga* Lhassensi asservato coloribus expressum (*) . Quinimo asservatur in eodem Museo in velo serico flavi coloris Regis *Mi-Vang* diploma , quo confirmat privilegia PP. Cappuccinis jam concessa , ratumque habet diploma Lhamae Maximi , a nobis supra laudatum . Taceo heic de libris Indicis a *Samtan-Poutrà* , reli-

(*) Alterum linteum Tibetanum , sed litteris destitutum , ex Museo Borgiano exhibetur fig. 1. in Dissertatione Academica de *Paradiso Indiano* , Praeside viro doctissimo D. Matth. Norberg , et Respondente Joh. Sam. Hofverberg *Londini Gothorum* a. 1797. in lucem edita .

gionis Tibetanae institutore ex *Sindhustan* seu India in *Tibeti* regna perlatis circa annum Christi Lx., quo India non exigua librorum copia affluebat, cum teste S. Epiphanio lib. 3. *contra haereses*, tom. 2. pag. 485. edit. Bas., *Septuaginta duae injucundae philosophiae species in Indorum sodalitio haberentur*. Adde his astronomos, astrologos, grammaticos, et poetas, qui utique non arenae, sed *òlis* seu palmarum foliis suos versus et carmina inscribebant.

IV. Chartae bambacinae in scribendo usus apud Indos aeram Christianam superat; quod vario argumentorum genere ostendi potest. Nam in inscriptione *Monguirensi*, tom. 1. pag. 123. in libro *Asiatick Researches* inscripto, relata, pag. 127. dicitur: quod *Botti Bishuavarata Misra* Brahman adeptus fuerit omnem librorum intelligentiam. Jam vero hi libri aut ex *òlis*, aut ex *charta bambacina* confecti fuerint est necesse, quomodo enim libri dici potuissent, nisi in materia quadam Literarum apices ostendissent? Refertur inscriptio *Monguirensis* ad annum XXIII. ante Chr. natum, et haec eadem in lamina cuprea exarata est, quam. ex sermone samscrdamico interpretatus est praeclarus vir Carolus Wilkins. Exstabat ergo jam illo aevo apud Indos et laminarum cuprearum usus, et certa ratio libros conficiendi, et mos lingua samscrdamica publica monumenta describendi. Aliud argumentum subministrat Dictionarium *Amarasinha*, nam hoc anno LVII. ante aeram nostram vulgarem sub rege *Vikramàditja* ab *Amarasinha*, hujus regis amanuensi compositum fuit. Jam autem hoc ipsum vel in *òlis*, vel in charta bambacina exaratum et asservatum fuerit est necesse, nam opus tantae molis, et quod multorum manibus teri debuit, in alias et alias cupreas laminas et tabulas referri et transcribi vix potuit. Idem dicendum de dulcissimis versibus *Càlidàsae*, Poetae et Philosophi Indici celeberrimi, qui *Amarasinham* aetate praecessit, et cujus operum aliqua fragmenta affert D. Jones tom. 1. §. VI. in libro *Asiatick Researches* (*). Charta bambacina Indis est *Bambu*, Persis بمبه

(*) Circumfertur hodiedum poema epicum in India *Cumara-Sambhava* inscriptum, i. e. *Genesis* dei *Cumàra*, cujus auctor una omnium Indorum voce esse perhibetur *Càlidàsa*. Vide *cod. ms.* num. 11. in catalogo anglicano inscripto: *A Catalogue of Sanscrita Manuscripts pre-*

Bambah, Graecis Βάμβαξ, Romanis *Bombyx*; et ex hac ipsa nomenclatura arguitur, eam esse originis Indicae. Conficitur ex recrementis sindonum, quae dum contusa et glutine oryzae coctae adstricta et perpolita sunt, efficiunt nitidam illam, stabilem et rigidam chartam, quae magnam fert vetustatem et nostram europaeam papyrum longe superat. *Le papier de l'Inde est fait de linge de coton, et enduit de colle de ris*, ait Anquetil du Perron. De hac erudite disserit *Bayerus* in Museo Sinico, tom. I. pag. 76. et seq. edit. *Petropol.*, atque ex ibi dictis, et a nobis heic relatis erroris revincitur *Montefalconius*, et Marchio *Maffeus*, qui contendunt, chartam *bambacinam* non nisi seculo IX. in extremo Oriente primitùs confici coepisse, atque seculo X. Constantinopolim advectam, et inde in Italiam perlatam fuisse. Utique origo ejus aut Indica, aut Sinica est, neque ejus vetustas, et antiquus usus apud Orientales impugnari potest ex eo, quod apud nos tardius innotuerit. Quaenam enim inter nos et Indos ab Augusti Octaviani aevo usque ad seculum X. tam pacifica communicatio intercessit, quisnam certus hinc inde transitus fuit, ut artes Orientales, et praecipue chartae bambacinae usus ad nos perferretur? Vide de hoc argumento opusculum inscriptum: *Notice sur Jules-François-Paul Tauris Saint-Vincens*, à Aix, An. VIII. pag. 22—23—24—25., ubi de usu *Sacchari*, aliarumque rerum ex Oriente ad nos advectarum docte disseritur, sed advectarum aevo jam senescente, id est, post bella vulgo dicta *Cruciata*, et aperto inter Massillienses nautas et Orientis mercatores pacifico commercio. Confer Trombelli, *La Diplomatica*, Napoli 1780. pag. 56—57.

In genere chartae bambacinae praecipuum locum obtinet crassior illa Peguana charta coloris atri miro textu et compage tam insignis, ut maximam vetustatem ferat. Ex ea libri plicatiles conficiuntur, et folia plumbeo haematite exarantur. Exstat hujus chartae specimen in Museo Borgiano in codice Peguano *Prabaik* inscripto, qui IV. arga hujus chartae folia numerat. Huc pertinent permulti codices chartacei bambacini bibliothecae re-

sented to the Royal Society by Sir William *and Lady* Jones, *by* Charles Wilkins, *Esq.* F. R. S. — From the Philosophical Transactions.

giae Parisiensis, qualis est, ni fallor, inter Indicos *codd. mss.* num. 79. *Givàtma Paramàtma Sanvèdam*, una cum *Givaprabòdica*, et inter Anglicanos, qui regiae Societati oblati fuere a D. Jones, *cod. chart.* num. 41. *Sidhànta Caumudi* inscriptus. Inter *codd. mss.* Musei Borgiani num. III. Compendium Legis Barmanorum a Philosopho Peguano *Mahatabassi Dhermaràgia Guru* compositum codicibus bambacinis accensetur. Sed splendore et majestate omnes a nobis recensitos codices vincit liber Peguanus *Kammuva* inscriptus, qui regulas continet *Talapoinorum* ad institutum suum spectantes. Scriptus est in *òlis* inauratis charactere quadrato Peguano nigro ex tenacissima vernice confecto, quo omnes eorum sacri codices exarantur. Ex hoc codice ego multa excerpsi num. VI. pag. 85. in meo opusculo inscripto: *Musei Borgiani Velitris Codices Manuscripti Avenses, Peguani, Siamici, Malabarici, Indostani*, Romae 1793.

V. Laminarum usus in scribendo apud Indos non infrequens neque novus. Laminam cupream *Monguirensem* inscriptione Samscrdamica insignem jam supra indicavimus. Ea exarata fuit sub rege *Dèvapàla*, qui in *Monguiri* ad Gangem regnavit anno XXIII. ante Christ. Nat., quod luculenter liquet ex Catalogo Regum *Bengalae* ab academicis Anglis Calcuttensibus producto. Eadem lamina secumfert aeram regis *Vicramàditja*, qui obiit anno 57. ante Christ. Natum; quod pariter patet ex Catalogo regum Indiae a *Tedzkerat Assalatin* prolato. Ab obitu hujus regis *Vikramàditja* nova Indorum aera incoepit, quae fere in omnibus Brahmanicis monumentis reperitur. De ea Nibuhr, D. Jones, Tedzkerat Assalatin, P. Marcus a Tumba, Anquetil du Peron, et alii omnes, qui Indicas res attigerunt, agunt. Nequit ergo haec aera in dubium vocari, nam ita certa est, ut certa et indubia est Augusti Octaviani Caesaris mors et nativitas. Ante aeram *Vicramàditjae*, Regis *Udjen*, Indi aera regis ꠇꠟꠗꠤꠖꠞꠤꠛ *Judhishtira* utebantur, quae in obitu regis *Vikramaditjae* 3044. annorum circulo definiebatur. Erat *Judhishtira* praecipuus *Pandavarum* dux, qui iterata pugna *Durjòdhanam* vicit et compressit. De quo bello exstat elegantissimum poema Epicum Samscrdamicum, quod ego saepe in hac Grammatica

citavi. Porro ut Lector etiam characterum specimen cognoscat, qui in India anno 23. ante Christ. Natum sub rege *Dèvapàla* in publicis monumentis locum obtinebant, promo hic ipsius inscriptionis initium.



Aliam laminam argenteam inscriptione in lingua *Maga* insignem producunt iidem Academici Angli Calcuttenses in libro jam citato, quae inscriptio refertur ad annum 904. regis *Vikramàditjae*, Christi 848. Laminas cupreas regis *Perumparapil*, vulgo regis *Coccinensis*, inscriptionibus in lingua *Malajam-Tamusze*, seu Malabarico-Tamulica praeclaras, quae Regis Chirographa continent, ipse ego plures vidi, sed praecipue illam, qua palmetum *Tattàracèri* PP. Carmelitis Discalceatis in oppido *Varàpule* in perpetuum addicitur et venditur. (*a*) More veterum Indiae regum habuit rex Travancoridis *Ràma Varmer* scribam virum nobilem, qui nativitates suae gentis et familiae, ac praecipuos regni eventus in laminis cupreis exarabat. Sunt ergo Indi scientia bibliographica instructissimi, et qui nulli alteri genti hac in re palmam cedant. Teste *Mandelsloe* viginti quatuor millia codicum *mss.* in sua bibliotheca numerabat اكبر *Akbar* Imperator Mugolitanus, tot nempe, quot nulla alia sive vetus sive nova Orbis bibliotheca.

Jam vero aequis critices regulis opus est in tot et tantis codicibus examinandis, secernendis, et dijudicandis. Regulas aliquas ego jam attuli in meo opusculo inscripto: *Examen Historico-Criticum Codicum Indicorum Bibliothecae S. Congregationis de Propaganda Fide*, Romae 1792; §. III. pag. 23. et seqq. Prima bona veteris, genuini, sinceri Indici Codicis nota est, si totus quantus sit lingua literali Samscrdamica conscriptus.

(*a*) Exstant duae *òlae* in Museo Borgiano charactere et lingua *Malajam-Tamusze* descriptae.

II. Si nullam in textu habeat admixtionem alicujus dialecti. III. Si ejus doctrina statuis, templis, moribus et ritibus Indicis est conformis. IV. Si ex aliqno templo aut ab aliquo Brahmane fuit abstractus aut receptus. V. Si in exordio salutatione in deum *Ganèsha*, *Ràma*, aut *Vishnu* utatur. VI. Si versibus, et non prosa est compositus. VII. Si aera regis *Judhishtirae* aut regis *Vikramàditjae* utatur. VIII. Si per *Càndhas* seu sectiones, et *Shlògas* seu versus est divisus. IX. Si nihil in eo de Tataris, Turcis, aut Mussulmanis occurit. X. Si bella Indica per currus, elephantes, pedites et equites describit, nulla pulveris pyrii facta mentione. XI. Si elementis utitur inscriptioni *Monguirensi* similibus, vel modice tantum abludentibus. XII. Si res christianas, aut Mussulmanicas ignorat. XIII. Si auctoris nomen ad calcem operis exhibet. XIV. Si ejus dictio est conformis vocabulis ab *Amarasinha* relatis, et non nova, aut ex dialectis et Samscrdamico sermone commixta. Haec et alia expendenda sunt in secernendis et dijudicandis codicibus Indicis, quibus huic corollario coronidem imponimus, et acrioris ingenii viris proponimus, ut defectui nostro consulant, et si quae minus recta sunt, corrigant, castigent, et emendent.

FINIS.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Rmo P. Mag. S. Palat. Apostolici.

Benedictus Fenaja Archiep. Philip. Vicesg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Vincentius Pani Ord. Praed. Sac. Palatii Apostolici Magister.